Vu par la Cour la Requête présentée par le Procureur General du Roy, contenant, qu'étant instruit des abus, qui avoient lieu, lors de la distribution, composition pour la distribution des prix établis dans l'Univ.té par Arrêt du 8. Mars 1746: La Cour a jugé a propos, le 2. avril 1784, de demander au Tribunal de la Faculté des Arts son avis, sur la fixation de l'âge, auquel il pourroit être permis aux Etudians de concourir pour les prix en chaque classe, et de proposer en même tems les Reglemens qu'il croiroit convenable de faire à ce sujet; qu'en execution de cet arrêt, le Tribunal de la Faculté des Arts s'est assemblé, et par sa Deliberation du 24 avril 1784 a été d'avis De ne permettre de composer en sixième, qu'aux Ecoliers qui n'auroient pas treize ans revolus le 23. Juin de chaque année, jour ou l'on indique l'ouverture des compositions; et de graduer les autres classes, année par année, mais de ne fixer aucun âge pour les compositions en Rhetorique -

Martio —

Le Tribunal de la Faculté des arts à ajouté quelques dispositions necessaires pour determiner l'age des Ecoliers; dispositions que le Procureur General adoptera avec très peu de changemens: Mais que quant à l'âge indiqué pour composer dans les differentes classes, celui indiqué par le Tribunal de la Faculté des Arts paroit trop avancé. Qu'en effet, l'âge, fixé pour l'admission des Ecoliers en Droit, étant seize ans revolus; il paroitroit necessaire qu'ils eussent au moins fini leur Rhetorique avant cet âge; qu'en fixant à douze ans révolus l'admission des Ecoliers pour la composition des Prix en sixieme, il sera permis de concourir pour ceux de Rhetorique, jusqu'à dix sept ans revolus. Que cependant, pour se rapprocher de l'avis du Tribunal de la Faculté des arts, le Procureur Général proposera à la Cour de ne retarder que d'un an l'age fixé par ce Tribunal. Qu'à l'égard des Rhetoriciens, le P. G. du Roy, pour adopter en partie l'avis dud. Tribunal, croiroit convenable de distinguer ces Etudians en deux classes; ceux qui auront fait leur seconde l'année précedente, et les Veterans: Qu'il paroitroit au Procureur General du Roy, que les premiers devroient être astreints aux mêmes Loix que tous les autres Ecoliers: Mais qu'à l'égard des Veterans, il n'y a point d'inconveniens à ne fixer aucun âge; que cette distinction necessite seulement d'établir irrevocablement en Rhetorique deux prix pour les seuls Vétérans, et d'ordonner qu'ils ne concourront jamais avec les Nouveaux pour les memes prix. A ces causes, requeroit le P. G. du Roy qu'il plut à la Cour ordonner: Art. I. Il sera établi en Rhetorique, en chaque Faculté, deux prix pour les seuls Vétérans, lesquels ne concourront pas avec les Nouveaux: il pourra même être, en faveur des Veterans, etabli par l'Unité, si elle le juge à propos, deux accessit en chaque Faculté, et les Vétérans pourront, quelqu'âge qu'ils aient, concourrir pour ces prix et ces accessit. II. Nul étudiant ne sera admis dorénavant à la composition pour les prix de l'Unité, qu'à la charge de n'avoir point, au 23. juin de chaque année; sçavoir, en sixieme douze ans: en Cinquieme, treize ans: en Quatrième, quatorze ans: en Troisieme, quinze ans: en seconde, seize ans: en Rhetorique, dix sept ans: Le tout revolu au 23 juin de chaque année. III. Pour constater son âge, chaque Ecolier communiquera à son Professeur son Extrait de Baptême duement Légalisé; et le Prof. sera obligé d'ajouter sur la liste qu'il est tenu d'envoier au Recteur, le jour et l'année de la naissance de chaque Ecolier; et de certifier qu'il a vu son Extrait Baptistaire. IV. L'âge de chaque Ecolier sera également certifié par le Principal du College, dont il suivra les classes; soit à titre de Pensionnaire, Boursier ou externe; à l'effet de quoi led. Ecolier remettra son Extrait Baptistaire aud. Principal. V. Dans le cas qu'un Ecolier produiroit un autre Extrait Baptistaire que le sien, il sera exclu à toujours des Compositions. VI. Les Principaux seront obligés de conserver les Extraits Baptistaires qui leur auroient été remis pour les representer, s'il en est besoin. VII. Il sera par la suite ajouté, dans la liste imprimée, au nom de chacun de ceux qui seront nommés à la distribution générale des Prix, leur âge, et ce d'après ce qui sera marqué dans les Etats mentionnés article 3. ci-dessus: Les seuls Vétérans en Rhétorique seront exceptés des dispositions de cet article, d'après le contenu en l'article premier ci-dessus. VIII. L'arret à intervenir sur la presente Requête, sera imprimé, publié et affiché partout ou besoin sera, et notamment dans tous les Colleges de plein exercice de la Ville de Paris;

envoié aux Baillages et Senechaussées du ressort, pour être lu, publié et registré: et il en sera par le Procureur-General du Roy, addressé plusieurs exemplaires aux Recteur et Syndic de l'Unté, pour par eux en donner connaissance aux Principaux, Professeurs et Regens des dix Colleges de plein exercice de lad. Unvté. Lad. Requête signée du Procureur-Général du Roy. Oui le rapport de Me. Adrien-Louis le fevre d'ammecourt, Conseiller; Tout considéré.

La Cour ordonne.

Article Premier.

Qu'il sera etabli en Rhétorique, dans chaque faculté, deux Prix pour les seuls Vétérans, les quels ne concourront pas avec les Nouveaux; et qu'il pourra meme être etabli, en faveur desd. Vétérans, par l'Unvte, si elle le juge à propos, deux accessit, en chaque faculté; et les Vétérans pourront, quelqu'âge qu'ils aient, concourir pour ces Prix et les accessit.

II.

Que nul Étudiant ne sera admis dorénavant à la composition pour les Prix de l'Unté, qu'à la charge de n'avoir point au 23. Juin de chaque année; sçavoir en Sixieme, douze ans: en Cinquieme, treize ans: en Quatrieme, quatorze ans: en Troisieme, quinze ans: en seconde, seize ans: en Rhetorique, dix sept ans: le tout révolu au 23. Juin de chaque année/

III.

Que pour constater son âge, chaque Ecolier communiquera à son Professeur, son Extrait-Baptistaire duement légalisé; et le Professeur sera obligé d'ajouter sur la Liste, qu'il est tenu d'envoier au Recteur, le jour et l'année de la naissance de chaque Ecolier et de certifier qu'il a vû son Extrait-Baptistaire/

IV.

Que l'âge de chaque Ecolier sera pareillemt. certifié par le Principal du College dont l'Ecolier suivra les classes, soit à titre de Pensionnaire, Boursier ou externe; a l'effet de quoi led. Ecolier remettra son Extrait-Baptistaire aud. Principal/

V.

Que dans le cas qu'un Ecolier produiroit un autre Extrait-Baptistaire que le sien, il sera exclu à toujours des compositions/.

VI.

Que les Principaux seront obliger de conserver les Extraits-Baptistaires qui leur auroient été remis; pour les représenter, s'il en est besoin/

VII.

Qu'il sera par la suite ajouté dans la Liste imprimée, au nom de chacun de ceux qui seront nommés à la distribution générale des Prix, Leur age: et ce d'après ce qui sera marqué dans les états mentionnés article trois-ci dessus, et que les seuls Vétérans en Rhétorique seront exceptés des dispositions de cet article; d'après le contenu en l'article premier ci-dessus/

Martio

VIII.

Que le present Arrêt sera imprimé, publié et affiché par tout ou besoin sera, et notamment dans tous les Colleges de plein exercice de la Ville de Paris, envoié aux Baillages et Senechaussées du ressort, pour y être lu, publié et registré; et qu'il en sera, par le P. G. du Roy adressé plusieurs exemplaires au Recteur et Syndic de l'Univté, pour qu'ils aient à le faire inscrire sur les Registres du Tribunal de l'Univté et en donner connoissance aux Principaux, Professeurs et Regens des dix Colleges de plein exercice de lad. Université./

Fait en Parlement le Sept Septembre mil sept cent quatre-vingt quatre. Collationné Lutton. Signé, Dufranc./

Arrêt

De la Cour de Parlement

Pour fixer l'âge passé lequel il ne sera plus permis aux Ecoliers de concourir pour les prix de l'Univté, et portant Reglement à ces Sujets. Du 21 Février 1785./

Vû par la Cour la Requête présentée par le Procureur-Général du Roy, contenant, que la Cour, par arrêt du 7 7bre 1784, auroit fixé l'âge passé lequel il ne seroit plus permis aux Ecoliers de concourir pour les prix de l'Univté de Paris; que l'Univté aiant fait ses représentations à la Cour sur aucunes des dispositions de cet Arrêt, Le Procureur-Général du Roy croit devoir proposer à la Cour de statuer ce qu'il convient en conséquence desdites représentations. A ces Causes, requeroit le P. G. du Roy, qu'il plut à la Cour ordonner, que dans la Classe de Rhetorique, il en sera usé comme par le passé; sans distinction d'âge des Etudians; et que les Prix seront distribués aux dits Etudians, tant nouveaux, que Vétérans, suivant l'ancien usage; qu'aucun écolier ne pourra être admis aux compositions generales de l'Univté, si, aupara de la Saint Remy precedent les dites compositions, il n'a atteint, savoir, en Sixieme, l'âge de douze ans accomplis: en Cinquieme, l'âge de treize ans accomplis: en Quatrieme, l'âge de quatorze ans accomplis: en Troisieme, l'âge de quinze ans accomplis: et en Seconde, l'âge de seize ans accomplis: Ordonner, que l'Arrêt à intervenir sur la présente Requête, sera notifié au Tribunal de l'Université et à celui de la Faculté des arts, et notamment aux Recteur et Syndic de l'Université, à l'effet par eux de veiller tant à son exécution, qu'à l'exécution de l'Arrêt de la Cour du 7 Sept. 1784, en tout ce qui ne sera pas contraire aux dispositions de l'arrêt à intervenir sur la présente Requête: comme aussi à l'effet par eux de continuer de s'occuper de tout ce qui contribuera à perfectionner un établissement aussi utile pour les Lettres, qu'honorable pour l'Université; Ordonner que l'arrêt qui interviendra sur la présente Requête sera imprimé, publié et affiché, partout ou besoin sera; et notamment dans tous les Colleges de plein exercice de la Ville de Paris, et envoié aux Baillages et Senechaussées du ressort, pour y être lu, publié et registré; et qu'il en sera par le Procureur-Général du Roy, adressé plusieurs exemplaires aux

Recteur et Syndic de L'Université, pour qu'ils aient à le faire inscrire sur les Registres du Tribunal de L'Université, en donner connoissance aux Principaux, Professeurs et Regens des dix Colleges de plein exercice de lad. Université. Lad. Requête signée du Procureur-Général du Roy. Oüi le rapport de Me Adrien Loüis le Febvre, Conseiller: Tout Consideré.

La Cour ordonne.

Article Ier.

Que dans la classe de Rhetorique il en sera usé à l'avenir comme par le passé, sans distinction d'age des Etudians; et que les Prix seront distribués aux d. Etudians, soit nouveaux, soit Vétérans, suivant l'ancien usage./

II

Qu'aucun Ecolier ne pourra être admis aux Compositions générales de L'Univ.té, si, au jour de la Saint-Remy precedant les dittes compositions, il a atteint, sçavoir; en Sixième l'age de douze ans accomplis; en Cinquieme, L'âge de treize ans accomplis: en Quatrième, l'age de quatorze ans accomplis: en Troisieme, l'âge de quinze ans accomplis; et en Seconde, L'age de seize ans accomplis.

III.

Que le present arret sera notifié au Tribunal de L'université et à celui de la Faculté des arts, et notamment aux Recteur et Syndic de L'Université, à l'effet par eux de veiller tant à son execution qu'à L'execution de L'arret de La Cour du 7. Sept. 1784., en tout ce qui ne sera pas contraire aux dispositions du present arrêt; comme aussi à l'effet par eux de continuer de s'occuper de tout ce qui contribuera a perfectionner un établissement, aussi utile pour les Lettres, que honnorable pour L'Université

IV.

Que le présent arrêt sera imprimé, publié et affiché par tout ou besoin sera, et notamment dans tous les Colleges de plein exercice de la ville de Paris; envoyé aux Baillages et Senéchaussées du ressort, pour y être Lu, publié et registré; et qu'il en sera par le P. G. du Roy addressé plusieurs Exemplaires aux Recteur et Syndic de L'Univ.té, pour qu'ils aient à le faire inscrire sur les Registres du Tribunal de L'Univ.té; en donner connoissance aux Principaux, Professeurs et Regens des dix Colleges de plein exercice de lad. Université. Fait en Parlement le vingt un fevrier mil sept cent quatre vingt cinq. Collationné. Lutton. Signé Dufranc/ Fourneau

II. Martii Com. ad sacr. suppl.

Anno dni 1785. die undecimo Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Centuriata Universitatis, ad Sacras supplicationes/

Primum in aula Tribunalis Academici consessum est, ubi supplicarunt, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Dionysius Crispinus Gatté, Presbyter Sylvanectensis; Leonorius Paradis, Subdiaconus —

Martio —

Augusto-dunensis; Petrus-Franciscus Gislard, Presbyter Constantiensis; Antonius Bigarne, Subdiaconus æduensis; et Joannes-Baptista de Cambiare, Diaconus albiensis; de quibus retulit M. Camillus Camyer, Syndicus, audivit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonias, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis peracto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit sua præf. supplicibus postulata concedi.

Hôtel de l'Univ. Location v. p. 29. f. v°. p. 33.

Ad Tribunal Academicum accessit Vir Peritus Le Carnus de Mezières, atque retulit de conditionibus Licitatoni domus academicæ in novem annos proponendi. Placuit rem committi disceptandam prudentiæ integerrimi Vice-Quæstoris.

Inde in aulam academicam itum est, ubi, post habitam ab amplissimo Rectore orationem elegantissimam, omnes ordines rata et grata fore quæ gessit in suo trimestri Magistratu, ei quas Litteras dederunt commendatitias: amplum que petiitque sine comitatum ritè procedendi ad eadem Dei Sacram sub invocatione Stæ Genovefæ.

Introeuntes in templum Universitas, ex illo excantans summo honore excepit Reverendus abbas D. Rousel, Thuris suffito et lustrali aquâ, quem ipse amplissimo Rectori porrexit ad tangendum; comitante Dignissimo Scholæ Genovefæ et Universitatis Cancellario D. Pingré, comitantibus San Genovefanis Canonicis Regularibus tanto numero, quantam testudo capere potuit hinc et inde dispositis.

Pontificem egit S. M. N. Le Gozre, Doctor Theologus, Sorbonæ Senior. Orationem habuit ad Populum M. Lalleu, item Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. Germain, Quinti Ordinis Professor in Montanistio.

Delucu Rector

10 Mart. Comitia Rectoria

Anno Dni 1785, die Sabbati decimâ nonâ Martii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia generalia Præclaræ artium Facultatis.

Esnault/

Post habitam ab ampl.° Rectore orationem elegantissimam, finale supplicandi potestate, supplicarunt, Julianus Esnault, Constantiensis, ut Gerviano Cadomensi sibi pro uno anno imputetur: cæteri pro immunitate ab onere scribendi: primum, Franciscus Ludovicus-Maria Richomme, clericus Parisinus, ob fractum unum è digitis manus dextræ, testante M.° Debois de Rochefort, Doctore Medico Parisiensi: Petrus-Franciscus Larigot, Subdiaconus Constantiensis, ob pectoris debilitatem; quâ parter laborat Maria Henricus Alexius Le Vaillant, clericus Rothomagensis, pro utroque testante M.° Descemet, Doctore Medico Parisiensi: Balthazard Bouchard, Claromontanus ob pertinacem ultra duplex dolorem, quem scripto testatur M. Philips, Doctor Medicus Parisiensis: Joannes de Fraissinet de Roquefeuil, clericus albiensis, et Joannes Franciscus-Josephus de Castillon-Dassor

Richomme/

Larigot/

Le Vaillant/

Bouchard/

de Roquefeuil/

de Castillon Dassor/

clericus Tarbiensis, hic propter pectoris infirmitatem, illo visus, quam quidem de utroque testatur M. Munier Doctor Medicus Parisiensis; Joannes-Lazarus Le Couppey, clericus Parisinus, ob oculorum imbecillitatem periculo plenam, quam scripto testatur M. Corvisard, Doctor Medicus Parisiensis/. Le Couppey/

Interea dum ampl. Rector referret de rebus gestis in suo trimestri Magistratu, Jussit palam recitari Arresta a Supremo Senatu Lata die 4. Septembris 1784 et 21. Februarii 1785, de aetate Candidatorum ad solemnem Praemiorum distributionem/.

Audito de Supplicibus Meritissimo Syndico, ampl. Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent, ac confirmarent Quatuor Viros Matutinis horis electos. Praeterea petiit rata et grata haberi quae gessit in suo trimestri Magistratu./

Nationes digressae ac deinde regressae per Ornat. Procuratores retulerunt, se grata et rata habere quae gessit Rector in suo trimestri Magistratu, eique Litteras Commendatitias decernere perhonorificas: Confirmare Quatuor Viros mane electos, nimirum, pro honorandâ Natione, M. Joannes-Claudius Mallet, Doctor aggregatus: pro fidelissimâ, M. Maria-Antonius-Franciscus Chivot, humanitatis Professor, in Montacutio: Carolus-Joannes Roussel, pro Venerandâ, humanitatis Professor in Regiâ Navarrâ: Pro Constantissimâ, M. Kelleher, ejusdem Procurator: Supplicibus omnibus indulgere/

Excepit Venerandus ordo Joannem Lazarum Le Couppey, testante Paedagogo illo apud quem habitat, sibi incognitam esse illam oculorum debilitatem quam scripto testatur M. Corvisard, Doctor Medicus Parisiensis; cui sententiae adhaesit Picardorum Natio: at ampl. Rector pro immunitate cum duabus aliis Nationibus Conclusit/.

Quatuor viri, praestito inter manus Rectoris Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per M. Mallet retulerunt, prorogatos esse unanimi consensu fasces Rectorios amplissimo Rectori D. Joanni Delneuf./

Quae prorogatio ab omnibus statim Nationibus Laudata, approbata, et confirmata fuit/.

Et ita conclusit amp. Rector/ Delneuf Rector

Anno Dni 1785, die trigesimo Martii, horâ quintâ pomeridianâ habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Extra-ordinaria Deputatorum Universitatis, in quibus deliberaretur de rebus ad domum Academicam, nuncupatam L'hotel de L'université pertinentibus/. 30 Mart. Trib. acad. extra ord. hôtel de L'Univ. De haeredibus D.ae d'Ag.

his in Comitiis primum adfuit M. Julianus Cerisier, novus Normaniae

Martio

Procurator. Adfuere etiam hæredes Illustrissimæ Dominæ Viduæ Daguesseau, et Universitatis Architectus M. Le Camus de Mezieres/.

Primum dixit ampl.mus Rector tandem peractum esse processum verbalem earum ædificii partium, quas, communicatis inter se consiliis utriusque partis Architecti consentiunt restituendas aut reficiendas esse consentiunt, non quidem Universitatis sumptibus, sed hæredum: at verò hæredes non omninò consentire cum architectis. Nimirum, esse in dictâ domo ornamenta nonnulla, quæ ab ipsis repetantur tanquam res mobiles: deinde refectiones nonnullas ipsis adscribi quas in Universitatem referri postulant: Demum, confectum ab iis hanc in rem libellum memorialem offerri/.

Eo lecto, audito M. Le Camus de Mezieres, Universitatis Architecto: Audito M. Camillo Camyer, Syndico: cum res videretur amicè ac sine strepitu forensi componi posse: Placuit præfatis hæredibus adeundum fieri ad Comitia, conditiones que conventionis quas proponunt, ex eorum ore accipi/.

Ingressi hæredes dixerunt, si Universitas refectionum impensas et curam in se velit suscipere, nec non Regiæ manus injectionem in hæreditatis bona solvere; illam, die sabbati proximâ, à se acceptaram esse summam novem millium Libellarum: atque ab illis quæ supersunt in dicta domo ornamentis nihil detractum iri/.

Jis digressis, re in deliberationem missâ, audito Meritissimo Syndico, rogatis dictis que sententiis, Placuit propositas ab hæredibus conditiones accipi: easque à M. Bourdet eorum notario ad juris formulas redigi, in Comitiis ordinariis die sabbati proximâ habendis subsignandas/.

Deinde, quòd dictum est Viris Clarissimis DD. de Fargés satis non esse quòd impensarum usuræ ex semissalibus quincunces factæ fuerint, nisi ex illis impensis detrahatur, quòd ipsis videbitur non esse ad ornatum et commoditatem domûs locandæ: Dictum est non liquere, adeò que rem esse mittendam ad proxima Comitia.

Etita concluset ampl. Rector/. Delneu Rector

2. Apr. Trib. Acad.

Anno Dni 1785, die secundo aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis primùm adfuit M. Stephanus Josephus Montchablon, novus Germaniæ Procurator/.

1º Supplicarunt, pro Littoris nominationis, jure Magisterii Artium et

quinquennii MM. Joannes Baptista Claudius Franciscus Dufour, Presbyter Lingonensis; natus apud Catalaunenses, et Ludovicus Dionysius Hamerel, Diaconus Boloniensis; de quibus retulit M. Camillus Carnyer, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confatum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; nisi quod M. Dufour litteras tonsuræ non exhibuit. Audito Meritissimo Syndico, Placuit, suum utrique supplici postulatum concedi; eâ lege tamen, ut M.o Dufour non expediantur litteræ, nisi postquam tonsuræ litteras exhibuerit /

2.o Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /.

3.o Placuit, ob recentem ortum Serenissimi Normaniæ Ducis extra-ordinarias haberi supplicationes in ædibus Deo sacris sub invocatione S. Andreæ ab arcubus celebrandas die Lunæ undecimâ hujusce mensis aprilis: ib. decantari hymnum Eucharisticum Te Deum: atque hanc in rem mandatum ab amplissimo Rectore quamprimum promulgari /. Supplic. extra ord. ob ortum Normann. Ducis

4.o Auditæ, expensæ et approbatæ sunt rationes accepti et expensi ad solemnem Præmiorum academicorum distributionem pertinentis, per decursum anni proximè elapsi 1785; ex quibus compertum est summam octingentarum quinquaginta et unius libellarum, cum quindecim assibus et unico denario in antecessum expensam fuisse / 1784

5.o Ad tribunal Academicum accessit M. Bourdet, hæredum DD. Videux Daguesseau Notarius, ac palam recitavit instrumentum conventionis, superioribus in Comitiis initæ cum dictis hæredibus, ad juris formulas confectum. Eo lecto, et ab ampl.o Rectore, Decanis, Procuratoribus, et Universitatis officiariis subsignato, ab hæredibus ex tempore numerata est summa novem millium libellarum, eadem que apud amplissimum Rectorem deposita /

6.o Quod retulit ampl. Rector Viros Clarissimos DD. de Fargés, dato libello memoriali, petere, ut universitas sine usuris in se suscipiat non exiguam refectionem partem, cum picturis: Audito Meritissimo — Hôtel de l'Univ. Location p. 32. f. v.o p. 38.

Syndico, Dictum est, si quis deinceps se stiterit ad Locandam domum cui nomen l'hotel de l'université, has ips. proponendas esse conditiones, ut solvat primum in singulos annos summam novem millium libellarum; ac praeterea usuras, non quidem semissales, sed quincunces omnium sine exceptione impensarum, quas postulabit ornamentum et commoditas domus, inter quas colores, pigmenta et tabellas, universitas non permittet inquilinorum arbitrio/

Quod si forte dictas conditiones non acceperint, qui ad Locandam domum dictam hactenus se stiterunt: tum rogari amplissimum Rectorem ut quam adhibuit hac in re diligentiam, eandem adhibere porro pergat: adeo que cum Clarissimo Pro-Quaestore curet, dictam domum ad hodiernum modum quamprimum componi et exornari, ac deinde Locandam proscribi./

Hôtel de l'Univ. de refectionibus p. 36. f. v°

Et ita conclusit amplissimus Rector/ Delueu Rector

5 April

Anno dni 1785, die Martis quintâ aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est, in Collegio Ludovici Magni, Synodus Academica./

Post habitam ab ampl° Rectore orationem, Beneficiarii universitatis appellati sunt, hoc ordine.

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Joannes-Bapt. de La Roue, Doctor Theologus, Pastor SS. Cosmae et Damiani/

M. Eleonorius-Maria Desbois de Rochefort, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, Pastor S. Andreae ab arcubus/

M. Claudius Coutault, Baccalaureus Theologus, Pastor S. Germani-Veteris, inter Majores Beneficiarios ultimo nominatus, designante honorandâ Gallorum natione/

Capellani.

M. Carolus Oneill, Collegii Longobardorum Primarius, Capellanus Capellaniae Beata Mariae, in Ecclesiâ Parochiali S. Andreae ab arcubus/

Capellaniarum Savoësianarum

M. Antonius Vicaire, antiquus Academiae Rector, et Eloquentiae Professor Emeritus/.

Capellani.

Capellaniarum Savoesianarum.

M. Bertrandus Dupuy, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, Collegii Sorbonæ Hospitii Primarius/

M. Petrus Bitters, Licentiatus in Utroque Jure, Pastor Ecclesiæ Parochialis S.ti Crucis in Civitate Parisiensi/

M. Claudius Mastes, Licentiatus Theologus, Doctor Aggregatus ad primum ordinem, Vir Procuratorius/

M. Joannes Antonius Hyacinthus Bourcharens de Chaumeils, Doctor Theologus, inter minores Beneficiarios ultimo nominatus, designante Sacra Theologiæ Facultate/

Capellaniarum de Castelleto.

M. Alcymus Lottin, Doctor in Utroque Jure/

M. Petrus Durand, Pastor in Urbe San Dionysiana.

M. Antonius Le Tourneur, Bac. Theol. Doct. Agg. ad 1.um Ord. Vir Procuratorius/

De Thesauro Regio/

M. Franciscus Mont-chablon, Pastor in diœcesi Catalaunensi.

M. de la Lourcey, Lic. in Utroque Jure, Canon. S. Georgii Gorziensis, in diœcesi Metensi/

Absuere MM. Lottin, Durand, Le Tourneur, Montchablon, et La Lourcey, è quibus excusari se portulavit M. Mont-chablon, ob distantiam locorum/

Audito M. Camillo Camyer, Syndico, placuit laudari præsentes, ac præsertim Vigilantissimos Ecclesiarum Parochialium Pastores, absentes excusari, qui Sanctiam absentiæ causam attulerunt; cæteros sibi malè placere/

Et ita concluxit amplt. Rector. Delsere Scriptor

Mandatum Rectoris

Ob recentem Serenissimi Normanniæ Ducis ortum

Nos Joannes Delsere, Rector Universi Studii Parisiensis, Omnibus et singulis Universitatis Doctoribus, Magistris, Clientibus et Administris — Salutem./

Ergò iterum atque iterùm ardentibus Galliæ votis respondet divina Benignitas, novumque Regiæ Familiæ robur addit, novum Ornamentum. Dum, primæ Populorum Deliciæ, prima Venustas, Delphinus aulæ totius oculos allicit et recreat, blandâque vivitatum jam nascentium aurorâ Augustos Parentes reforre ac beare gestit: ecce prodit è Regali thalamo altera Liliorum Spes, alterum Felicis Consulii pignus, amantes Amor Delphino Delphini Frater. Venienti hilari fronte occurrit Soror jam grandiuscula, et totium Regiæ Stirpis Sæculum gaudet succrescere. Scilicet id tempus erit cùm numerosa Regis Juvenis Soboles ætatim in Paternos et Maternos amplexus ruet, et Ludovici-

Aprili —

et Antoniæ pectus eâ suavitate perfundet quam nec ipsa possit æquare, quæ tanta est, imperandi dulcedo/

O dignum tantis et tam piis Parentibus voluptatem! Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum! Crescent illi sub alarum Regiarum velamento: crescet simul Optimorum Parentum in Liberos amor, fovebitque in dies magis ac magis insitam pariter Regibus sisceribus Populorum caritatem, quorum ille Pater quoque dici amat et esse gloriatur./

Interim fruere tuâ felicitate, Normannia, quæ incolarum virtute et soli fœcunditate Naturam experta benignam, benignum quoque experiris duplici munere Ludovicum, facta ab ipso et Portûs Cæsaroburgi utilitate ditior, et Borbonii nascentis titulo auctior/

Ut igitur faustum Serenissimi Normanniæ Ducis ortum eâ, quâ par est, in Deum pietate celebremus, interea dum Academia nostra publicas solemni ritu Deo gratias agere possit die Lunæ hujus mensis undecimâ, in æde Deo sacrâ sub invocatione S. Andreæ ab Arcubus; in singulis Collegiis, hujus mensis die Jovis septimâ, hymnum Te Deum cantari jubemus, ipsius Regis exemplo invitati, qui dignâ Primo-genito Ecclesiæ Filio Religione ad Primarium hujus Urbis Templum intimos in Deum grati animi sensus supplex ac venerabundus effudit/.

Cum autem in Academicam Juventutem Primo-genitæ Regum Filiæ, Universitas Parisiensis, Spiritus veré Gallicos infundere nihil potius habeat, decet et ipsam in Galliæ lætitiæ partem venire. Quoniam tamen Discipulis nostris jam aliquid remissionis concessum est, et ne detrahatur quidquam inconsulté de solitis studiis, quibus utiles se Patriæ Cives aliquandò probare cupiunt: cæteros dies festos post solemnes de Præmiis Academicis Concertationes rejicimus. Itaque duobus totis diebus vacabunt Scholæ, scilicet diebus mensis Julii decimâ octavâ, et vigesimâ quintâ. Datum in Ædibus nostris Ludovicæis, die martis quintâ mensis Aprilis anno Dni millesimo-septingº octogesimo quinto./

Fourneau

11. Apr. Anno Dni 1785, die undecimo Aprilis, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni generalia Universitatis Comitia, horâ nonâ matutinâ, ad celebrandas extra-ordinarias supplicationes ob recentem Serenis.ᵐ Normaniæ Ducis ortum./

Primum ampl. Rector, pro suo more, eleganti oratione, non Universitati, non Venerandæ tantùm Nationi, sed et toti Galliæ gratulatus est recentem ortum Seren.ᵐ Ducis Normaniæ, qui, tanquam alterum fulcimen Regno datus est à Patre bonorum omnium D. O. M. deinde, singuli ordines amplissimum polliciti sunt Comitatum rité processuro ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Andreæ ab arcubus, et inde rediturò/

Ibi Pontificem egit M. Desbois de Rochefort, Doctor Theol. Socius Sorb. Ecclesiæ Pastor: Nulla habita est Concio ad Populum: Cantatus est hymnus Eucharisticus Te Deum. Eucharisticam orationem habuit ad Pontificem M. Lepitre, 2ᵉ ordinis Doctor aggregatus. Omnibus et singulis Viris academicis redeuntibus erogata est viginti quatuor assium sportula

ex ærario Universitatis/ Finneau

Anno dni 1785, Die ~~Secundo~~ Septimo Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, ab ampl.o Rectore ritè indicta ad eligendum duorum Procuratorum, seu, ut aiunt, Agentum/

2. Maii Com. Pædagogorum tenuio.

1.o Lecta & expensa & ~~subscriptis~~ probatæ sunt rationes ~~acceptæ~~ per triennium proximè elapsum & expensi à M. Ludovico Victore Le Bon, Agente; ex quibus compertum est, supràd quod expendit, ab eo accepta fuisse; pro Pædagogiis quidem Summam quadraginta sex Libellarum, cum octodecim assibus: Pro tenuioribus verò Magistris, ut aiunt, alteram ducentarum ex quinque Libellarum, cum quindecim assibus; utramque Placuit à M. Le Bon quamprimum remitti inter manus Agentis mox eligendi.

3 Maii Comicia p. ab. vide ad Calcem p. 191.

2.o Sinitâ cum Laude, non Biennali tantùm sed Quadriennali administratione M. Le Bon, Pædagogi præsentes dixerunt se rata & grata habere quæ gessit; excepto tamen M.o Verdier, qui reclamavit adversùs Contumelias à M. Le Bon privatâ suâ auctoritate in Commentariis Pædagogorum inscriptas: quam querelam Rogatus est amplissimus Rector, pro suâ æquitate & sapientiâ velit componere. Deinde ampl. Rector Nominavit M. Gilbertum Ymbert, qui eandem Procurationem per biennium exerceat, demissus in Adjunctos duos Agentes triennii consensu nominati sunt M. Ludovicus Victor Le Bon de Agens, & M. Petrus-Thomas Nicolaus Hurtault, antiquus Agens/

M. Ymbert agens pædagog.

Ita Concluſit ampl. Rector/ Deliene Rector

7 Maii Fréb. acad.

Anno dni 1785, die Septimo Maii, habita sunt, in Collegio Ludovici-Magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis.

1.o Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium & quinquennii, M.M. Philippus-Dominicus Le Cordier, Diaconus Rothomagensis, Joannes-Alexius Benoit, Presbyter Matisconensis; Petrus-Franciscus de la Haye, Presbyter Parisinus; Ludovicus-Carolus Le Blond, Presbyter Suessionensis; Joannes-Ludovicus Robinet, Subdiaconus Virdunensis; de quibus retulit ill. Camillus Cauwyer, Syndicus, audiit, & vidit tùm eorum Litteras magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; votaque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Mentissimo Syndico, Placuit sua singulis præfatis Supplicibus postulata concedi/

1.o Lecta & recognita sunt, quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta & statuta/

Maio

De pane lustrali offerendo ab Universitate

3° Quod exposuit ampl. Rector ad se venisse nuper V. C. M. Delpech, paroeciae S. Benedicti aedituum honorarium, ut, quod anno 1774, jam factum est, in solemni supplicatione die Christi Corporis festo celebrandâ, ipse, comitante Tribunali Academico umbellam deferret; Quaestor verò, nomine Universitatis panem lustralem offerret: se huic petitioni respondere noluisse, inconsulto Tribunali Academico. De eâ re, Lectâ priùs conclusione die 3ª Maii 1727. factâ, et 2° Junii 1740. confirmatâ, quâ cavetur ne ante vigesimum quemque annum fiat ejusmodi largitio: Lectâ pariter conclusione latâ die 30° Maii 1774, quae sic est: Cum academia panem lustralem nullibi unquam obtulerit, nullamque hac de re legem ipsa velit sibi injungere aut injungi: Placuit panem oblationem sic fieri, ut ipsa non trahat in consequentiam, sed libera sit et voluntaria; idque palam M° Delpech, universitatis nomine, declarari. Audito Meritissimo Syndico, annuente amplissimo Rectore, Dictum est, perseverandum esse in deliberatis; adeoque umbellam non esse hoc anno deferendam, nec panem lustralem offerendum /

Res Barbaranâ de coll. Remensi v. p. 40

4° Quod dixit Amplissimus Rector, anno proximè elapso, die 29. Augusti Latum fuisse à Supremo Regis Consistorio Arrestum, quod habet — Le Roy s'étant fait rendre compte de l'avantage qui resulte, pour l'enseignement et l'éducation publique, de l'établissement de la Communauté de Sainte-Barbe, et voulant donner à cet établissement une existence legale, en lui assurant une propriété et des secours permanens; Sa Majesté à resolu d'acquerir le College des Cholets, et les deux autres batimens que cette Communauté occupe et tient à loyer de l'université, et de les donner en pur don à laditte Communauté de Sainte-Barbe &c. &c. &c. ac consequenter à Rege nominatos esse Illustrissimos Duum Viros. D. Moreau de Beaumont, et D. Pajot de Marcheval, qui utriusque illius venditionis pretium cum Deputatis academicis paciscerentur: abhinc tempore magnam rerum factam esse commutationem: jam non agi de pretio Domûs Choletaeae cum Universitate paciscendo, sed de emendis domibus quae totam Collegii Remensis et Sanctae Barbarae institutionem complectuntur: id autem fieri inauditâ et inconsultâ Universitate. Re in deliberationem missâ, audito Meritissimo Syndico, rogatis dictisque sententiis, Dictum est, res Collegiorum non moventes, quas alendis in Universitate alumnis fundatorum pietas consecravit, ita esse in custodiâ et manu Universitatis positas, ut in unum Universitatis corpus coalescerint; adeoque abalienationi non esse obnoxias, sine ejus consensu. Igitur abalienationi Collegiorum Remensis et Sanctae Barbarae intercedendum esse, donec universitas audita fuerit: at de modo intercedendi consulendos esse Juris peritos /

Hôtel de l'Univ. de refectionibus v. p. 34. f. v° p. 40.

5° Ad Tribunal Academicum, ab amplissimo Rectore vocatus accessit M. Le Camus de Mezieres, ac dixit, factam à se, quâ diligentiâ potuit —

maximæ, esse conservationem ac descriptionem operum in domo Academicâ faciendorum ad illius suæ commoditatem suæ ornatum. Ea his autem sibi constare ad id requiri, hinc summam centum milliarum Libellarum; inde quatuor mensium spatium. Audito super eâ re Meritissimo Syndico, Placuit rogari Amplᵐ Rectorem, ut, assumptis secum Comitibus, Sapientᵐ Medicinæ Decano, Meritissimo Syndico, et Integerrimo Pro-Quæstore, rem maturè expendat, et sumptus levet, si fieri potest./

6ᵒ Quòd D. C. M. Belines, Universitatis Notarius, cum munus suum gessisset summâ cum laude, illud abdicavit in gratiam Viri peritᵗ M. Dionysii Brechot, qui comitantes, ad Tribunal Academicum accessit, orasset, ut officium Notarii Universitatis, per suam abdicationem vacans, Successori suo conferret. Jis digressis, audito Meritissimo Syndico, Placuit, Mᵒ Dionysio Brechot, conferri officium Notarii Universitatis, vacans per abdicationem M. Belines, ultimi illius possessoris partis./ M. Brechot Notarius Univers.

7ᵒ Quòd dictum est Virum honestum nomine Dubuisson, domum die 24 mensis aprilis anni 1762, in solo universitatis sitam emisse, atque ea tempore consuetas obventiones exsolvisse, solitis conditionibus; eandem deinceps, novo Censualeæ instrumento, Gallicè titre Nouvel, apud Universitatis Notarium subscripsisse, die 25. Mensis aprilis anni 1774, demum, ab eodem, dum vixit, singulis annis, persolutum esse censum annuum; atque ipsius nomine, ex quo Mortuus est. Nunc verò M. Angot, Veteranum in hac urbe Notarium, iterum atque iterum advenisse, ac postulasse, ut Universitas recognosceret prædictam domum esse suam, ab ipso anno 1762, et manum in hanc domum injectam die 5ᵃ aprilis ab Universitatis Pro-Quæstore velut dispositam; In cujus rei testimonium ac fidem proferri Declarationem, ut aiunt, coram Notario Parisiensi M. Le Bœuf de la Bretᵉ, eâdem die factam, quâ Venditionis prædictæ contractus apud ipsum M. Angot; in quâ quidem prædictâ Declaratione dictus Dubuisson profitetur se dictam domum emisse, non sibi, sed Mᵉ Angot./ Audito super eâ re M. Belines, summam trium milliarum, nomine dicti M. Angot, offerente, si Universitas velit ipsius postulationi annuere. Eo digresso, audito Meritissimo Syndico, rogatis dictis quæ sententiis, Placuit, eâ de re nihil statui, quin priùs auditi consulti fuerint Jurisperiti./ Reg. Mⁱ Angot. v. p. 90 f. v°

Et ita Conclusit Amplus Rector Dubreuil Rector

13 Maii comitia p. a. f. vide ad calcem p. 141 v°. fol.

Junio

4 Junii
Trib. acad.

Anno dni 1785, die quarto Junii, habita sunt in Collegio Ludovici Magni, Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis M. Le Fevre, Antiquus Sacræ Facultatis Syndicus, locum tenuit Decani absentis./

1° Supplicarunt, pro Litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Christophorus Arnulphus Bouchy, clericus noviomensis; Petrus Lanquetuit, Presbyter Rothomagensis; Franciscus Claudius Devaux, Presbyter Lingonensis; Joannes Michael Charles, Presbyter Carnutæus; Franciscus Michael Navarre, Presbyter Lugdunæus; Antonius Flachat, Diaconus Lugdunæus; de quibus retulit M. Camillus Camyer, Syndicus, ac dixit; se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat, legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod M. Navarre Tonsuræ Litteras non exhibuit: Audito Meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi, ita tamen ut Mgro Navarre, non expediantur Litteræ, quin prius Tonsuræ litteras exhibuerit./

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° Ad diem Lunæ vigesimum (primum) hujusce mensis Junii indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes./

la procession eut lieu le lundi 20 juin

4° De opere novo quod in Lucem edere parat M. Joannes Baptista Gail, Doctor aggregatus ad tertium Ordinem; audito Meritissimo Syndico, Placuit, nominari Ornatissimum Normanniæ Procuratorem M. Cerisier, et Doctissimos Bibliothecæ academicæ Præfectos MM. Maltor et d'Arragon, qui opus expendant./

5° Lecta est Illustrissimi Regni administri DD. Baronis de Breteuil Epistola ad amplissimum Rectorem, eamque Placuit in Commentariis inscribi. Hujus tenor sequitur.

A Versailles Le 19. Juin 1785.

J'ay rendu compte à la Reine, Monsieur, du desir, qu'à l'université de la complimenter, lors qu'elle se rendra à Ste Genevieve. Mais Sa Majesté m'a fait l'honneur de me temoigner, que, comme attendu son état, elle pourroit être fatiguée du voiage, son intention étoit d'eviter tout ce qui pourroit retarder sa marche; et qu'en consequence elle dispensoit l'université de cet hommage.

Je suis très parfaitement, Monsieur, votre très humble et très obeissant serviteur./

Signé Le Baron de Breteuil/

Inscriptio erat.

a Monsieur Le Recteur de l'université

6°. Quod M. Josephus de Fenieux, Licentiatus Theologus, Socius Sorbonicus, et Philosophiæ Professor in Collegio Sorbonæ-Plestæo, die 14a. aprilis anni proximè elapsi 1785,+ ab hac urbe Rhedones se contulit; ubi in possessionem Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis missus est, quo quidem ab hinc tempore sine intermissione fungitur: Quod Legibus Academicis statutum est ut qui munus aliquod in Collegiis obtinent, simulque possident Beneficia possident residentiam, ut vocant, exigentia, intra breve temporis spatium ex duobus unum eligere teneantur; Lata est Vigilantissimi Collegii Sorbonæ-Plestæi Gymnasiarchæ M. Dupuy Epistola ad amplissimum Rectorem hac ipsa die datâ, quâ constat M. de Fenieux ab eo iterum atque iterum fuisse rogatum immo rogatum, ut ad munus suum Academicum rediret. Lecta est deinde Epistola M. de Fenieux ad M. Dupuy, Rhedonibus data die 26. Maii hujusce anni, quâ utitur excusatione valetudinis, quam sperat restituendam fore, octo vel decem diebus. Audito super eâ re M. Camillo Camyco, Syndico, Placuit prædictam utramque Epistolam, in Cartophilacio deponi et asservari: deinde Mandari Syndico, rescribat ad M. Fenieux eique significet, ante proxima Tribunalis Academici Comitia, die 2a. Julii 1785, habenda, ad implendum suum officium Academicum redeat; ac si obtemperare neglexerit, se, ex officio suo requisitarum, ut quod æquum fuerit statuatur.

+ l'année précédente est 1784.

Res M. de Fenieux pphiæ prof. in s. pless. absentis.

7°. Quod dictum est, Illustrissimum abbatem de La Rochefoucault venisse primùm ad amplissimum Rectorem, ac deinde, datâ ad eundem Epistolâ petere, ut duabus Illustrissimis Matronis è Nobilissimâ suâ Gente (Madame La Marechalle de Conflans et Madame La Marquise de La Rochefoucault) domus Academica in Suburbio San-Germano sita (gallicè L'hotel de L'Université) Locetur pretio duodecim millium Libellarum in singulos novem conductionis annos: his tamen conditionibus, primùm, ut illa speculorum cristallis undequaque ornetur: deinde, ut sumptus quoslibet in se suscipiat Universitas, quos postulabit illa domûs distributio, quæ novis inquilinis magis arridebit. Audito meritissimo Syndico, rogatis dictisque sententiis, Dictum est Locationis prædictæ pretium certum non posse constitui, quin priùs de impensis ad restituendam, componendam et ornandam Domum constiterit: At verò daturam esse operam, ut de his constet quam primùm fieri poterit.

Rôtel de L'Univ. Location v. p. 39. et p. 40

Et ita conclusit amplissimus Rector. Delneu Rector

Junio

20. Junii Comitia supplicatoria

Anno Dñi 1785, die vigesimo Junii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Centuriata Universitatis ad sacras Supplicationes /.

Primum in aulâ tribunalis academici consessum est, ubi Supplicaturi, præ litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii Mtr. Claudius Maria Bochard, Subdytor Lugdunensis; Joannes-Franciscus Constans, Aurelianensis; jure verò quinquennii et Baccalaureatûs in Facultate Sacrâ M. Spiritus Claudius Ruel, Presb. Nivernensis, de quibus retulit M. Camilles Camyer, Syndicus ac dixit se vidisse, tùm eorum dimissas Magisterii, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cætera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus mihi desiderari. Audito Syndico Flamit sacræ facultatis Supplicibus postulatum concedi /.

Deinde Sacramentum præstiterunt inter manus amplissimi Rectoris novi Librarii, à M. Fournier Rei Librariæ adjuncto præsentati.

Novi Librarii M.M. Varin de Veria Plassan

In Comitio quidem M. Antonius Ludovicus Agnès Varin.

In Cœtu verò Collegii Ludovici, M. Joannes-Jacobus de Veria et Mr. Petrus Plassan /.

E comitio processum est ad aulam academicam, ubi post habitam ab ampl.mo Autore Orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt, quæ gessit ampl. Rector in hoc trimestri Magistratu, et quidem cæteris Litteras Commundalitias perhonorificas; amplumque petiit Consultum ritè præstare ad Ædem Dei Sacram sub invocatione S. Marcelli, in Suburbio /.

Jb. Sanctium egit M. Le Fevre, Sacræ Facultatis Syndicus, Sorbonæ Senior. Ordinem Sorbonæ ad populum M. Sardine Doctor Theologus: Eucharisticam ad Sanctum M. Le Fevre, Doctor aggregatus ad primum ordinem /.

Le Fevre Rector

10. et 17. Junii Trib. pr. a. foc.

Anno Dñi 1785, die 10.ma et 17.ma Junii, Pridie Sesquidenum Matutinas, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum Præsidum artium Facultatis, in quibus designati sunt, Præsides et Arbitri Conclusionum academicarum, per quos Magistri ad promovendos ritus Academicos ipsâ Solemnis Distributionis die.

Tabula Præsidum et Arbitrorum

Præsides — 1.o M.M. Maltor et Vasse

In Rhetoricâ. 2.o M.M. Boully Major, et Germain /.

Arbitri — 1.o M.M. Surgault, Gardin, Parisaux et Rouzet /

2.o MM. Vicaire, Jacquin, Darragon, Roel.

Præsides. 1.o MM. Maillard et Boully Minor.

In Secundo ordine / 2.o MM. Dinet et Girard.

Arbitri. 1.o MM. Cristien, Le Vasseur, Guevoult 1.us et Geoffroy /.

2.o MM. Lévêque, Dupuis, Dumouchel et Selis /.

Præsides . 1°. MM. de Coussy, et Julien. /
2°. MM. Jouy, et Villaux. /
In tertio ordine — arbitri. 1°. MM. Quevremont, Dupont, Rivot, Champagne /
2°. MM. Carré, Satin, Varin, Lacourt /
In quarto ordine. Præsides. MM. Labour et Grenet /
arbitri. MM. Chemond, 2 Germain 1ns Garsault 11ns Le roux /
In quinto — Præsides MM. Marcognet et Boullard
I
arbitri MM. Roguelle, Ambry, Duriette, Kennebert.
In sexto. Præsides MM. Riche et Mouchard /
arbitri M. Ryan, Le fevre Montal, Renoque, et Gardin
ad promovendos vitus academicos
ipsâ Distributionis die
è Regione Platea MM. Giraults de Koudou et Redon
è Regione sorbonicæ MM. Le Meignen et Le fevre Marchionnes.
In aulâ interiori MM. Lambert, Daire 11ns et Grenet /

Die 17ª Dictum erit, ut ouvertures inveniendis.

1°. ad Certamen ex unoquoque Collegio, Placuit non nisi plures attentas quam octo, exceptâ Rhetoricâ; ubi occurrent Veterani; nusquam tamen plures quam duodecim. — Nova decreta ad concertationes de prom. acad. spect.

2°. argumentum ab ampl°. Rectore propositum Lectum in ter á Præsidibus, ac deinde semel ab uno é Contendentibus; quibus actis, non potest additus de argumentum autographum /

3°. Si bibendi aut alia quævis urget necessitas; fiat potestas uni post alium, non duobus unà /

Et ita Concluxit ampl°. Rector /. Delucenne Rector

Anno Dñi 1785, die vigesimo-tertio Junii, habita sunt Comitia generalia pro electione Artium facultatis /. — 23 jun. Comitia electiva

Post habitam ab ampl°. Rectore orationem de rebus in suo Trimestri Magistratu gestis, Salutè Supplicandi Potestate, Supplicarunt, M. Emmanuel — Josephus Maston, clericus Cameracensis, ut Biennium in Universitate Duacensi confectum pro uno anno in Cadicensi computetur: f. Ludovicus Roth, Presbyter Cad. Cluniacensis, quòd valetudo et morbo impeditus tolo Aprili nomen in Catalogis non inscripsit; rem testante M. Le vacher de la Feutrie, Doctore Medico Parisiensi: Jacobus-Ludovicus Arlgenius Danzel, clericus Ambianensis; ut ne ibi Novali, quod in uno Catalogo omiserit, aggravemen Jacobus; in altero post-posuerit, in Utroque Logiorum Scripserit de Abbeville cum: Jacobus-Philippus Raquet, ut restituatur prænomen Philippus in omnibus Catalogis: Joannes Edmundus Tournachon, cadetyfus Lugdunensis, ut in priores Logiorum deleatur — Masson, vide p. 50 f. Roth — Danzel, — Raquet — Tournachon

Junio

Campenaud — Cognomentum de Montveran, nomini gentilitio perperam additum: Josephus Campenaud Parisinus, ut nomen in uno Logicorum omissum restituatur, quod quidem inscribere non

Audirac — potuit, ob morbum quem testatur M. Thierry, Doctor Medicus Parisiensis: Jacobus Josephus Audirac Cameracensis, ut in Catalogis aliisque actis Academicis, praenomen Josephus

Le Sage — substituatur loco Christophorus: Michael Antonius Maria Le Sage, ut ne sibi noceat, quod paternae ac maternae haereditatis descriptione impeditus, postremi semestris

Vaillant. — Catalogo nomen non dedit; rem testantibus viris summae fidei: deinde pro immunitate ab onere scribendi, Franciscus, Clarus, Gervasius Vaillant, Rothomagensis, ob oculorum

Dalloz — debilitatem, quam scripto testatur M. Dufresnais, Doctor Medicus Parisiensis: et Emmanuel Laurentius Amabilis Dalloz, clericus San-claudianus ob gravissimum Lumbaginis morbum, testante M. Dupuy, Doctore Medico Parisiensi/.

Praeterea Jussit ampl. Rector à me scriba Legi. 1º Tabulam Praesidum et arbitrorum ad Concertationes academicas, et Magistrorum ad promovendos ritus academicos distributionis dic. 2º Sententias orationibus appositas, quarum altera praemium magistris in artibus institutam consecuta est, altera ad illud proximè accessit. 3º Leges novas in proximis Concertationibus servandas/

Tum auditus est de supplicibus M. Camillus Camyer, Syndicus, qui dixit se vidisse omnia instrumenta ad illas supplicationes requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod supplex Universitatis Duacensis dixit se habuisse Litteras Regias ab Illust. Regni administro ad ampl. Rectorem missas, neque tamen illas protulit/

Audito Syndico, Rector misit nationes, ut de his deliberarent, confirmarent Quatuor Viros Mané electos, grata et rata haberent quae gessit/.

Nationes digressae ac regressae per ornat. Procuratores retulerunt. 1º à se rata et grata haberi quaecumque gessit ampl.us Rector in suo Trimestri Magistratu, ei que Litteras Decerni commendatitias perhonorificas. 2º Supplicibus omnibus indulgeri, excepto Duacensi, donec Litterae ipsi à Rege concessae exhibeantur. 3º confirmari Quatuor Viros Mané electos, nimirum ta honorandâ Natione, M. Reydellet, Philosophiae Professorem in Harcurio: in Fidelissimâ M. Maillard, Rhetoricae Professorem in Regiâ Navarrâ, Exprocuratorem: in Venerandâ, M. Mastor Baccalaureum Theologum, Ecclesiae S. Stephani è gressibus Capicerium: in Constantissimâ M. Harford, Virum Procuratorium/

Quatuor Viri, praestito inter manus amplissimi Rectoris Sacramento, conclave subierunt, unde digressi, per M. Reydellet retulerunt, prorogatos à se fuisse unanimi consensu fasces Rectorios Viro ampl.o M.o Joanni Delneuf, Baccalaureo Theologo, Philosophiae Professori Emerito/

Quae prorogatio ab omnibus statim nationibus laudata, approbata, et unâ voce confirmata fuit

Et ita conclusit ampl. Rector. Delneuf Rector

Et sic soluta sunt Comitia, ante horam sesqui-undecimam/

Fourneau

Anno dni 1785, die secundo Julii, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, Comitia ordinaria Deputatorum universitatis / 2. jul. Trib. acad.

1° Supplicavit M. Joannes Hervaeus Franciscus Prévost, Presbyter Constantiensis, ut ne sibi noceat, quòd non inveniat quatuor probatæ fidei testes, qui secum, annos 1773, 1774 et 1775, rebus Theologicis studuerint, in Regiâ Navarrâ, sub MM. Plunkxet et Bradier, quique dictorum Professorum testimoniis subscribant. Audito super eâ re M. Camillo Camyer, Syndico, placuit deliberationem mitti ad sequentia Comitia /

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta /

3° Lectus est libellus memorialis, quo enumerantur nova opera, quæ confici postulant Illustrissimæ D. D.ae de La Rochefoucault, priusquàm in novos annos Domum academicam conducant, pretio duodecim millium Libellarum, in singulos. Tum auditus est M. Camillus Camyer, Syndicus; è re academicâ sibi videri, ut utrique postulato annuatur; scilicet, pretio duodecim millium Libellarum in singulos novennis conductionis annos: deinde novis operibus, quæ supra lecto libello enumerantur: hac tamen conditione, ut nova opera fiant quincuncibus usuris. Re in deliberationem missâ, placuit annui postulatis Illustrissimarum DD. de La Rochefoucault; postquàm de operibus quæ in se suscipit universitas, et aliis operibus quæ non admittit, nisi sub conditione usurarum quincuncium, ita constiterit, ut neque promiscuè sumi possint, neque horum aut illorum numerus crescere aut decrescere / Hôtel de l'Univ. p. 71. Location et de refectionibus v. p. 41. p. 79

4° Ad Tribunal academicum, ab amplissimo Rectore, juxtà superiores conclusiones, vocati venerunt Universitatis Consiliarii Formes, Clarissimi Viri MM. Target, Picard et Blondel, de duobus capitibus deliberatori /

1° de Venditione Collegiorum Remensis et Stæ Barbaræ, quæ ad Fotandum Sanctæ Barbaræ sodalitium, inauditâ et inconsultâ Universitate, absolvitur. Lectis instrumentis quibus constat Collegiorum fundos, quos pietas fundatorum alendis academicis alumnis consecravit, ita in manu et custodiâ Universitatis esse positos, ut in unum ipsius corpus coaluerint; adeò que abalienationi non esse obnoxios sine consensu Universitatis, cujus sunt. Re in deliberationem missâ De venditione Coll. Remensis v. p. 36. f. v° p. 48

Julio —

Audito M. Camillo Camyer, Syndico: rogatus tum Deputatorum, tum Consiliariorum sententiis: Dictum est reclamandum esse; non quidem, apud Senatum, viâ, ut aiunt, intercessionis, sed apud optimum Regem, via humillimarum et obsequentissimarum repraesentationum. Deinde, Placuit rogari M. Blondel, ut, communicatis consiliis cum Collegis suis, dictas repraesentationes adornet; eas verò non priùs offerri, quàm de illis ad singulos ordines relatum fuerit./

Angot v. p. 37 p. 57

2° Jidem Clarissimi Consiliarii sententiam dixerunt de venditione domus in dominio Universitatis sitae, quae viro honesto Dubuisson anno 1762 ritè facta est, ac de censualibus obventionibus quae ab eodem ritè persolutae sunt. Cum autem audivissent, initas fuisse plius venditionis conditiones coram ipso M° Angot et ejus Collegâ, et in ipsius tabulario ritè subscriptas; declarationem verò, propter quam hanc domum sibi emptam esse dictitat idem M. Angot, breviori formâ, ut aiunt, esse contractam et ab unico tantum Notarii M. Le Bœuf de la Bret Syngraphâ munitam: obventiones censuales à M° Dubuisson esse persolutas: abhinc tempore eundem Dubuisson sine intermissione et citrà fraudem apud Universitatem partes gessisse possessoris pacifici, seu, cùm, anno 1774, novo clientelae instrumento (gallicè titre nouvel) apud Universitatis Notarium subscripsit: seu cùm apud Universitatis Notarium singulis annis, dum vixit, censum annuum persolvit; id esse juris Universitatis, ut à M° Angot censuales obventiones exigat, prius quam nomen ejus inscribat in Codicem academicum. Re in deliberationem missâ ex Consiliariorum sententiâ, Placuit censuales obventiones à M° Angot exigi./

de legato Car. Bougault v. p. 24. p. 46. fol. v°

5° Interea dùm haberentur Comitia, mihi scribae per accensum publicum, pro tribunali academico, denuntiatum est arrestum à Supremo Senatu latum die 28. hujusce anni, in causâ quam pendentem habebat Universitas in Magna Camerâ cùm haeredibus Caroli Bougault. Placuit eâ de re deliberationem mitti ad extraordinaria Comitia die Lunae proximo habenda./

Et ita conclusit ampl. Rector/ Delmeu/ Rector

4 Julii Trib. acad. extrà ord. De legato Caroli Bougault. p. 46. f. v°

Anno dni 1788, die quarto Julii, horâ sesqui-quartâ, habita sunt, in Collegio Ludovici Magni, extraordinaria Deputatorum Universitatis Comitia/

1° Factâ mihi ab ampl° Rectore legendi potestate, Legi arrestum à Supremo Senatu latum de Legato, quod vir honestus Carolus Bougault, Universitati Parisiensi instituit, ad fundandas pauperibus alumnis bursas. Eo lecto, Placuit nominari Deputatos, qui de arresti executione libellum memorialem conficiant, quem referant ad tribunal academicum. Nominati sunt autem M. Le Febvre,

Theologiæ Decanus: M. Cerisier, Normaniæ Procurator, et M. d'Arragon, Pro-Quæstor /

2°. ad Tribunal academicum accessit M. Fredericus Balthazar-Colmet, in Curiâ Parlamenti Procurator, hæredumque Caroli Bougault nomine petiit, 1°. ut Universitas è Manibus illius Notarii, apud quem Legatum Caroli Bougault depositum est, recipere summam quinquaginta millium Libellarum, quæ à Supremo Senatu assignata est ad instituendas Bursas, quarum nominatio ad dictos hæredes pertineat. 2°. Bursarum institutionem definitæ, ita ut non sint illæ trecentarum Libellarum, sed amplioris reditûs, ad præsentem rerum statum accommodati. 3° è Collegiis academicis unum seligere, cui novi Bursarii committantur. Eo digresto, auditoque M. Camillo Camyer, Syndico: Dictum est, cum Deputati jam nominati fuerint, qui de arresti executione Libellum memorialem conficiant, à M. Colmet petendum, ut postulata prædicta scripto mandare velit, eaque communicare cum Merciis simo Universitatis Syndico /

3°. Venit quoque ab amplo Rectore vocatus M. Le Camus de Mezieres universitatis architectus; Hic quidem placuit mandari, ut accuratam conscribat quam primum descriptionem operum in domo academicâ faciendorum, seu cum usuris, seu sine usuris: deinde rogari ampl.mum Rectorem, Merist. Syndicum, et integerrimum Pro-Quæstorem, ut hanc descriptionem, pro suâ fide ac diligentiâ promoveant, conditiones que novæ locationis, cum novis inquilinis, si fieri potest, definiant, ac de iis ad proxima Comitia referant. / Hôtel de l'Univ. de refectionibus v. p. 40. Location

Et ita conclusit Ampl. Rector / Delneu Rector

Anno Dni 1785, die Sexto Augusti, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, in Collegio Ludovici Magni / 6. Aug. Trib. acad.

1°. Supplicarunt, pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, Renatus-Jaignés, Subd. Cenomanensis; Carolus-Antonius Fouan, Subd. Laudunensis; Joannes-Maria-Franciscus Marechal, Diaconus Laudunæus: Josephus Imberty, Subdiac. Ebredunensis; Petrus Fodrin, Diaconus Lugdunensis; Petrus-Franciscus-Theophilus Jarry, Diaconus Sagiensis; Jacobus Le Roussel, Presbyter Constantiensis; Martinus Doyharsabal, Presbyter Bayonnensis; Franciscus-Olivarius Racine, Acolythus Rothomagæus; Carolus Franciscus Josephus Demeaux, Diaconus Noviomensis; Benedictus-Maria Garrigoux, Subdiaconus Noviomensis; Michael-Franciscus Cosnard, Diaconus Constantinus; Jacobus Ludovicus de la Brue de Saint Bauzille, Diaconus Tortellensis; Jacobus Vincentius Duret, Subdiaconus Viennensis;

Aug°

Antonius-Philippus Le Gendre, Acolythus Suessionensis; Ludovicus-Augustus de Saint-Thomas, Acolythus Massiliensis; Joannes-Baptista-Ludovicus Le Sevre, Subdiaconus Bellovacensis; Joannes-Baptista Le Marchand, Presbyter Rothomagensis; Carolus-Claudius Rabache, Ducrovy, Diaconus Noviomensis; Joannes-Carolus Levraud, Diaconus Cantonensis; Maria-Franciscus Astier, Diac. Lingonensis; Stephanus Mangeot, Diaconus Virdunensis; Joannes-Franciscus-Stanislaus Pillon, Subdiaconus Bellovacensis; Franciscus-Maria Desmay, Subdiaconus Ambianensis; Claudius-Philibertus Verrel, Diaconus Matisconensis; Dionysius-Maria Chamborre, Diaconus Matisconensis; Eustachius La Forge, Diaconus Parisiensis; Hubertus-Alexius de Genres, Diaconus Noviomensis; Carolus-Ludovicus Doublet, Diaconus Noviomensis; Gilbertus Saulnier, Presbyter Aromontensis; Julianus Esnault, Diaconus, Constantiensis; Petrus Ludovicus-Verrieux, Diaconus Laudunensis; Joannes-Ludovicus Bouery, Presbyter Parisiensis; Joannes-Ignatius Jouin, Subdiaconus Rotomagensis; Nicolaus-Guillelmus Septavaux, Presbyter Rothomagensis; Josephus Franciscus Baudelaire, Presb. Catalaunensis; Philippus-Martinus Chaumont, Diaconus Rothomagensis; Edmundus-Franciscus Verrue, Diaconus Lingonensis; Petrus-Samuel Mineault, Acolythus Cenomanensis; Antonius-Joannes-Ubertus Bouvet de Brouville, Bolonensis, in diœcesim Carnotensem translatus Acolythus; Petrus-Franciscus Daudrez, Diaconus Noviomensis; Stephanus-Firminus Rupilly, Diaconus Constantiensis; Franciscus-Josephus Henry, Presbyter Abrincatensis; Joannes de Rochemure, Presbyter Sanctorensis; Petrus-Matthæus Girouard, Diaconus Carnutenus; Petrus Matthæus Franciscus Wisbecq Diaconus Carnutenus; Joannes-Antonius Baudre, Presbyter Abrincatensis; Jure vero Baccalaureatus in consultissimâ Juridam Facultate et quadraginta M.M. Petrus Coreuil, Acolythus Carnutensis, et Andreas Le Blanc Riversensis: De quibus retulit M. Carolus Carnyer, Syndicus, audivit, et vidit tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis juxta ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quòd MM. de la Forge et Esnault Litteras tonsuræ non exhibuerint: Audito Magistrorum Syndico, placuit huic præf. Supplicibus postulata concedi, Litteras tamen nominationis non expediri MM. De la Forge et Esnault quin prius tonsuræ Clericalis Litteras exhibuerint.

2° Item et unanimi consensu placuit quòd fauram Superioribus in Comitiis adscribi solita.

3° Placuit Ostiario Domus academicæ addici quadraginta asses Mercedem in singulos Stationis dies.

Et ita concluxit ampl. Rector. Dehaut Doctor

Anno dni 1785. die octavo Augusti, Congregata est Universitas in Sorbonâ, ad solemnem Praemiorum academicorum distributionem. 8 Aug°

Primùm, in aulâ interiori concessum est, ubi absentis Scribae vices gestit M. Joannes Baptista d'arragon, Pro-Quaestor./

Tùm, pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii, supplicavit M. Petrus Dumas, Presbyter Nivernensis; de quo retulit M. Camillus Camyer, se vidisse omnia instrumenta ad hunc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari.

Deinde, De opere novo, quod in Lucem edere parat M. Gail Doctor aggregatus, audita est Deputatorum sententia, cujus tenor sequitur; Justa Tribunalis academici complura perlegimus opuscula, quorum titulus: Melanges de Traductions &c &c. Et in Luciani quidem Dialogis non minus felicem et egregiam fuisse judicavimus operam M. Gail, Doctoris aggregati, quam in aliis ab eodem nuper editis: In duplici verò Xenophontis Libello de Civitatibus quondam florentissimis; quod primum erat interpretis officium, sententias fideliter ac luculenter expressisse videtur; quod alterum fuit, et in eo scribendi genere longè difficillimum, ut proprium Attici scriptoris indolem, ejus quasi vultum et lineamenta referret, id etiam laudabiliter tentasse. Itaque novam hanc cum adjunctis adnotationibus Lucubrationem Academicae Juventuti perutilem censemus, nec indignam quae sub Universitatis auspiciis in Lucem prodeat. Datum Parisiis die 8a Augusti 1785. Signatum Cerisier et Darragon. Audito M. Camillo Camyer, Syndico, placuit ex Deputatorum sententiâ, Lucubrationem edi sub auspiciis Universitatis./

his actis, ad Scholas Sorbonae exteriores itum est, ubi, post habitam à V. C. M. Joanne-Francisco Gosse, humanitatis Professore, in Collegio Marchiano Orationem, Praemia, annuente et Praesente Supremo Senatu, distributa sunt, hoc ordine/

Praemium Eloquentiae latinae

Magistris in artibus institutum, cujus argumentum erat, Discipulis magis quam sibi consulat in Docendo Magister meritus et consecutus est, Nicolaus-Franciscus Daireaux, Constantiensis, Doctor aggregatus ad Rhetorum ordinem, ex harcurio/

In Rhetoricâ

Primum orationis Latinè Scriptae Praemium, inter Recentiores, meritus et consecutus est Vincentius-Joannes de Niéport, Deppaeus, è Lexoviae/

Secundum, inter Recentiores, meritus et consecutus est, Franciscus-Nicolaus Rupeau, Parisinus, è Montacutio/

Aug.

proximé accesserunt.

Alex. Georg. Franc. Honnet, Parisinus, V. . . . é Grassinæo /
Domin. Constantius Liénard, Parisinus é Montacutio /
Michaël Barbier, abalconæus é Montacutio /
Edm. Finucane, hibernus é Sorbonæ Plestæo /
Nic. Alex. Pigoreau . . V. é Grassinæo /
Joseph. Bern. Fournier, Ambianus é Sorb. Plestæo /
Joan. Bapt. Savouré, Carnutensis é Montacutio /
Joan. Bapt. Chemin, Parisinus é Regiâ Navarrâ /
Petrus Mignan, Parisiensis, V. é Col. Ludovici Magni /
Michael de Monceaux, Carnutensis, V. é Colleg. Lud. Magni

Primum orationis Gallicé Scriptæ Præmium, meritus et consecutus est, inter Recentiores, Ludovicus Franciscus Salomon Le Couturier, Sagiensis, é Lexovæo /

Secundum, inter Recentiores, Ludovicus Claudius Boullée, Bituricensis, é Sorbonæ Plestæo /

proximé accesserunt.

Idem. F. N. Rapeau, Parisinus é Montacutio /
Elig. Nicolaus Gautier, Parisinus é Col. Ludovici Magni /
Franciscus Clech, . . Trecorensis é Lexovæo /
Alex. Germ. Rubigny, altissiodorensis é Col. Lud. Magni /
Petr. Franc. de Gaudin, é Mazarinæo /
Antonius . . Calnois, Chandernagoræus é Sorb. Plestæo /
Carolus and. Petit de La Thuillerie, altissiodorensis é Col. Lud. Magni /
Clarus Lud. Rohard, Bellovacensis é Regiâ Navarrâ
Joan. Petrus Servois, altissiodorensis é Mazarinæo
Anton. Hierons Bourgeois, Stampæus é Montacutio /

Primum Carminis Latiné Scripti, Inter Recentiores, Marcus Franciscus Barrett, hibernus, é Sorbonæ Plestæo /

Secundum, Petrus Lud. Regley, Senonicus, é Montacutio /

proximé accesserunt.

P. Vincent. Joan. de Niepont, Deppæus é Lexovæo /
Car. arm. Le Brun de La Houstaye. V. ex Harcurio /
Bernard. Scheedy de Mac-Nemara, hibernus é Sorbonæ Plestæo /
Id. Fr. Clech, Trecorensis é Lexovæo /
Ren. Claud. Creslonier, Bellovacensis é Sorb. Plestæo /

proximé accesserunt

Jp. Lud. franc. Salomon, Le Couturier, Sagiensis, é Lexoviensi
Augustl. Andreas Maigner, J. ex harcurio
Stephanus David Pain, Lexoviensis é Lexoviensi
Joan. franc. de Vandelin, Rotomagensis é Sorbo Sti Stephani
Jp. Edmund. Sinnamare, Hibernus é Sorbo Sti Stephani

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ, inter Scientiores
Claudius Jos. Trouvé des Roches, Andegavensis, ex harcurio
Secundum Jp. Carolus-Andreas Petit de La Chuillerie, Altis-
siodorensis, é Collegio Ludovici Magni

proximé accesserunt.

Edm. Gabr. Ferdinandus, Menou, Parisinus é Mazarineo
Car. Jos. Mercier des Sl. Autels, Guadalupæus ex harcurio
Phil. Hipp. Girardet, Parisinus, transg. é Cardinalitio in Regium Navar.
Joan-Bapt. ant. Charpentier, Melodunensis é Montanistio
Joan. Lud. an. Magd. Le Febvre de Cheverus, Meduanus, é Col. Lud. Magni
Ant. Jos. Dan. Quiret, Parisinus é Mazarineo
Jp. Michael de Monceaux, Carnutensis, J. é Col. Lud. Magni
Jp. Car. Ant. Lesbrun de La Houssaye, Parisinus J. ex harcurio
Jp. Joan-Bapt. Chemin, Parisinus é Regio Navarræo
Jp. Dominicus Constantius Liénard, Parisinus é Montanistio

Primum orationis Græcæ in Latinam conversæ, Idem. Vincentius-
Joannes de Nieport, Deppæus, é Lexoviensi
Secundum, Augustus-Joannes-Baptista Sauvanpré de Thulus,
Insulanus, é Mazarineo

proximé accesserunt.

Guill. Franciscus Elig. Fontaine, Constantiensis é Grassineo
Petrus Natalis Brunet, Sagiensis, ex harcurio
Ambrosius Jos. Fabien, Carnutensis é Montanistio
Jp. Joan-Bapt. Savouré, Carnutensis é Montanistio
Judocus franc. Lud. Auger, Parisinus ex harcurio
Jp. Philibertus Hippolytus Girardet, Parisinus é Cardinalitio Regium Navar.
transgressus in
Jp. Alex. Georg. Franc. Bonnet, Parisinus é Grassineo
Leopoldus Maire, Cadomensis é Marchianis
Edmundus Stephanus Huet, Parisinus ex harcurio
Laurentius Matthæus Guillaume, Parisinus ex harcurio

Aug.

In Secundo Ordine.

Primum orationis Gallicæ in latinam Conversæ Premium meritus et Consecutus est Petrus-Franc. Maria Denis de la Garde, San-Briocensis, (Natus Dec. 11. Apr. 1769) è Lexovæo.

Secundum, Joannes Josephus Dustault, Parisiensis, (1. Julii 1769). è Sorbonæ Philæo.

proximè accesserunt.

Ant. Alb. Le Roux de la Borie, Ambianus (23. feb. 1769) è Lexovæo
Lud. Mar. Joan. Gabriel Le Roy, Carnutensis (2. Oct. 1768) è Mazarinæo.
Petr. Dion. Matthæus Guerin, Parisinus (8. oct. 1768) è Regiâ Navarrâ.
Magdalena Cany, Brestanus (2. Junii 1769) è Montacutio.
Emm. Nic. de Sancy, Parisinus (21. Dec. 1769) è Colleg. Lud. Magni.
Ant. Joan. Nicol. de Bully, Parisinus) 9 oct. 1770 è Lexovæo.

Primum Carminis Latinè Scripti Martinus-Franciscus Bayard Parisinus (7. Junii 1770) ex Harcurio.

Secundum, Id. Antonius-Joannes-Nicolaus de Bully, Parisinus, è Lexovæo.

proximè accesserunt.

Id. Ant. Alban. Le Roux de la Borie, Amb. è Lexovæo
Elig. Const. Dubos, Noviomensis (30. Nov. 1768) è Montacutio.
Carolus Kalotel, Catalaunensis (20 Aug. 1770) è Colleg. Lud. Magni.
Petrus Joan. Bapt. Claud. Petit de Rutel, Meldæus (8. feb. 1769) è Lexovæo.
Id. Emmanuel Nic. de Sancy, Parisinus, è Col. Lud. Magni
Joan. Teissedre, Sanfloranus, (13. 7bris 1769) è Sorbonæ Plestæo.

Primum orationis Græcæ in Gallicam Conversæ Petrus de Siletz (8. feb. 1769) ex Harcurio.

Secundum, Idem Ant. Joan. Nic. de Bully, Parisinus, è Lexovæo.

proximè accesserunt.

Isidorus Langlois, Rothomagæus, (18. Junii 1770) è Lexovæo.
Lud. Joan. Bapt. Margar. Aselin, Carnutæus, (29. Jan. 1769) ex Harcurio
Antonius Vernier, Parisinus (17 feb. 1769) è Regiâ Navarrâ.
Petrus-Jacobus Heu, (8. feb 1769) ex Harcurio.
Id. Petrus-Franc. Maria Denis de la Garde, San-Briocensis, è Lexovæo.
Armandus Mar. Jos. de Bouvet, Bisuntinensis, (2. feb. 1769 è Mazarinæo.

Primum Orationis Latinae in Gallicam conversae, Id. Petrus-Joan Baptista Claudius du Rutel, Meldaeus, è Lexovaeo/

Secundum Petrus-Dionysius-Matthaeus Guerin, Parisinus, è Regiâ Navarrâ.

proximé accesserunt/

Id. P. f. M. Denis de la Garde, San-Briounsis è Lexovaeo/
Id. A. A. Le Roux de la Borie, Ambianensis è Lexovaeo/
Id. Petrus Siletz — ex harcurio
Id. Joan-Jos. Dussault è Sorb. Plestaeo/
Joannes Petrus Baycux, Parisiensis, (29 oct. 1769) è Coll. Lud.ci Magni/
Petrus-Joan-Verani de Varenne, Mondiderinus (15. 7bris 1769) è Lexovaeo/

In tertio Ordine.

Primum Orationis Gallicae in Latinam Conversae Praemium meritus et consecutus est Claudius Petrus Nugues, Viennensis, (Natus Die 27 oct. 1770) è Regiâ Navarrâ/

Secundum, Petrus Kuttin, Lingonensis (29. Jul. 1770) è Montacutio/

proximé accesserunt/

Michael-Jos. Gentil, (3. Jul. 1770. è Montacutio/
Georg. Felix Frigot, Rothog.sis (24 oct. 1769) è Sorb.ae Plestaeo/
Ant. Ambros. Troisaeufs, Parisinus (4. Ap. 1770) è Lexovaeo/
Alex. Romanus Konnet, Parisinus (5. Julii 1770) è Grassinaeo/
Dionysius Nezel, Parisinus, (28. 7bris 1770) è Montacutio/
Jos. Aug. Mart. Boistel, Ambianus, (8. Jan. 1770) è Sorbonae Plestaeo/

Primum Carminis Latiné scripti praemium meritus est, Idem Georgius Felix-Frigot, Rothomagensis, è Sorbonae Plestaeo/

Secundum, Nicolaus-Carolus-Guillelmus Barcq, Rothomagensis, (natus 6. Maii 1770) è Collegio Ludovici Magni/

proximé accesserunt

Carolus Henr. Franc. Xaverius Belime, Parisinus (29. Jul. 1770) ex harcurio/
Id. Claudius-P. Nugues, Viennensis è Regiâ Navarrâ
Id. Josephus-Augustinus-Martinus Boistel, Ambianus. è Sorb.ae Plestaeo/
Josephus-Garp. Deo-datus de Courville, Tullensis, è Sorb.ae Plestaeo/
Id. Dion. Nezel, Parisinus è Montacutio/
Carol. Henr. Ludov. Boncourt, Versaliaeus, (29. Aug.i 1770) è Mazarinaeo/

Aug.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ, Joannes Maria Girey Dupré, Parisinus, (11. dec. 1769) è Lexovæo/

Secundum, Petrus Joannes du Tramblay de Rubelle, Parisinus, (13. Jul. 1770) è Regiâ Navarrâ,

proximé accesserunt/

Joan. Maria Arson, Rothomagensis (11. Nov. 1769) è Coll. Lud.° Magni/

Id. Claudius Petrus Nugues, Viennensis, è Regiâ Navarrâ/

Id. Dionysius Nezel, Parisinus è Montacutio/

Gabr. Gilbert. Chomel Malherbe, Viennensis (19 Janv. 1771) è Col. Lud.° Magni/

Gail. Bernon des Noyers, Rupellæus (10. Aug.° 1771) è Cardinalitio/

Petrus Chépy, Parisinus (7. Aug.° 1770 è Lexovæo/

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ, Id. Georgius Felix Frigot, Rothomagensis, è Sorbonæ Plestæo/

Secundum, Franciscus Guillelmus Pottier, Ebroïcensis, (11. Janu. 1771) è Collegio Ludovici Magni/

proximé accesserunt/

Id. Jos. Gaspar. Deodatus de Courville, Tullensis è Sorb.æ Plestæo/

Id. Nic. Carol. Gail. Bareq, Rothomagensis è Col. Lud.° Magni/

Carolus Josephus Alexander d'Hibouville, Rothomagensis, natus die 22. oct. 1769 è Col. Lud.° Magni/

Id. C. P. Nugues, Viennensis è Regiâ Navarrâ

Id. C. H. L. Boncourt, Versaliæus, è Mazarinæo/

Id. Petrus Chépy, Parisinus è Lexovæo/

In quarto Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam Conversæ Præmium Mertus et Petrus Laurentius Bartholomæus Franciscus Carolus de Saint Cricq, Daxensis, seu Aquensis, nat. die 24 Aug.° 1772, è Col. Lud.° Magni/

Secundum, Maria Fulgentius Guerrier, Turonicus (13. 7br. 1772) è Mazarinæo/

proximé accesserunt/

Steph. August. de Vailly, Parisinus (10. Nov. 1770) è Sorb.æ Plestæo/

Joan. Amatus Raym. Cordier, Rothomagensis (25. Jan. 1771. è Lexovæo/

Joan. Bapt. Jaccaz, Parisiensis, (7. feb. 1771) è Grassinæo/

Joan. Bapt. Maximil. Villot de Freville, Parisinus ex harcurio/

Laurentius Jourdain, (19. Nov. 1771) ex harcurio/

Joan. Bapt. Magnerot, 7. apr. 1771. ex harcurio/



Primum orationis Latinae in Gallicam conversae, Idem Joannes-Baptista Maximilianus Villot de Freville, Parisinus, ex harcurio/

Secundum, Id. Joannes-Baptista Jacuaz, Parisiensis, é Grassinaeo/

proximé accesserunt/

Id. G. L. B. f. C. de Saint Cricq, Aquensis é Col. Lud.o Magni/
Joannes Bapt. Rivot, Sezannaeus (26. feb. 1773) é Colleg. Lud.o Magni/
Carol. Jacob. Bagiae, altissiodorensis (18. feb. 1771. é Lexovaeo/
Id. Steph. Aug. de Vailly, Parisinus é Sorb.ae Plestaeo.
Lud. Ferd. Gibier, Carnutensis (17. Mart. 1771.) é Montacutio/
Franc. Jacob. Dumesnil, Parisinus, (25. 9bris 1771) é Lexovaeo/

In quinto Ordine/

Primum orationis Galliae in Latinam conversae Praemium meritus est ~~[illegible]~~ Natalis Urbanus Mabire, Parisinus, natus 20 ~~Aprilis~~ 9bris 1772) é ~~Regia Navarra~~ é Montacutio

Secundum, ~~[illegible]~~ Claudius Simon Damblans, Parisinus, 2. Januarii 1773. é ~~Montacutio~~ Mazarinaeo

proximé accesserunt/

~~Franc. Alph. Richard (26 Martii 1776) ex harcurio/~~
~~Cam. Am. Mich. Mauduit, Senonensis (23 Mart. 1773) é Regia Navarra/~~
Carolus Paste, Parisinus, (20. feb. 1772) é Montacutio/
Eleonorius Godefridus de Corancés, Parisinus (5 nov. 1773) é Col. Lud.o Magni/
Lud. Justus Boutron, Parisinus (14. Mart. 1772) é Montacutio/
Joan. Mar. Franciscus Le Duc, Versalioeus (9. ap. 1773) é Montacutio/
Petrus-Achilles Masson, (20. Januar. 1772) é Lexovaeo/
Basilius-Jos. Le Tellier, Ebroicensis (12. dec. 1771) é Lexovaeo/

Primum orationis Latinae in Gallicam conversae Josephus-Yvo Le Saux, Trecorensis, (3. Maii 1772) é Collegio Lud.o Magni/

Secundum. Id. Natalis-Urbanus Mabire, Parisinus, é Montacutio/

proximé accesserunt/

Ludovicus-Alphonsus-Armandus de Dusfort, Cadurcensis, natus die 14. Aug. 1774) é Sorb. Plestaeo/
Carolus-Hippolytus-Ludovicus-Maria de Bouillé, Sanflorensis, 3. Maii 1772) é Regia Navarra/
Carol. Hipp. Ducret, Parisinus, (2. Janu. 1772.) é Montacutio
Carolus Antonius Lorin, Parisinus [3. dec. 1771] é Lexovaeo
Carolus Henricus Le Brun, Parisinus [15. Mart. 1773] é Grassinaeo/
Carolus Danycan, San-Briocensis [22. 7bris 1771) é Col. Lud.o Magni/

Aug°

In Sexto Ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meruit et hieronymus - Petrus Tridon, Parisinus, natus die 23. aprilis 1774, è Regio Navarro/

Secundum, Franciscus-Josephus Grevenich, Parisinus, 8. Junii 1773, è Montaulto/

proximè accesserunt.

Franc. alphonsus Richard,	25. Mart. 1776,	ex hac curiâ/
Ed. an. Michael Mauduit, Senonensis	28. Mart. 1773.	è Regio Navarrâ/
Claud. Mar. Gab. Fargis-Boudin, Parisiensis,	28. Jan. 1773.	è Lexovio/
franc. Lud. Braillard, Parisinus	7. Nov. 1772.	è Cardinalitio
Car. Maria Cantat, Metensis,	12. feb. 1773.	è Lud.° Magno/
Hugo maria Chaudron, Parisinus,	9. Nov. 1774.	è Marchianis/

Primum oratoris Latinæ in Gallicam conversæ Jo. franc. Josephus Grevenich, Parisinus, è Montaulto/

Secundum, Claudius-ant. Bourboulon, Parisinus, natus 21. Septem. 1773 è Lexovio/

proximè accesserunt/.

Jo. Edmundus. an. mich. Mauduit, Senonensis,		è Regio Nav.ª
antonius-Maria Philippus Bailly de Monange, Parisinus, 18. feb. 1775.		è Montaulto/
ant. Gabriel Thom. Le Comtois, Parisiensis (28. Mart. 1773)		è Reg. Nav.ª/
florentius-Franciscus-Maria Claus Lille Noltz magnus, 13. Sept. 1774,		è Lud.° Magno/
anton. Lucian. Pelagius Stehelin, Parisinus, 13. Mart. 1774.		è Lud.° Magno/
Joannes Jos. de Vallier Noltz magnus, 16. Mart. 1774		ex hac curiâ/

Fourneau

12. Aug.° Trib. acad. Vacationes Univ.

Anno Dni 1785, die Veneris duodecima augusti, horâ sesquioctavâ matutinâ, habita clme, in Collegio Ludovici Magni, Comitia Deputatorum et Adjunctorum Universitatis ad cognoscendas rationes acceptæ et expensi ab Universitatis Quæstore per decursum anni 1784, in quibus M. Joannes-Baptista d'Arragon, vices Quæstoris gessit/

Auditis, expensis, probatisque rationibus, placuit summam duodecim millium - libellarum, sexta cum sexaginta septuaginta octo libellas, cum duobus assibus et unico denario (12. 978ll. 2s. 1d), quæ ex ampliss. Superiorum comperta est, inter manus Quæstoris relinqui, in usus ordinarios impendendam/ Dicto concessit ampl. Rector/ J. Delmas/ Rector

1785. Aug°

46.

Anno Dñi 1785, die Sabbati Decimâ tertiâ Augusti, horâ Septimâ Matutinâ, habitâ hîc, in Collegio Ludovici Magni, Comitiâ generalia Facultatis artium Facultatis, ad Creandos Scabinos, seu Examinatores Licentiandorum in Artibus/. 13 Aug. comitia p. fac. ad elig. Examinator.

Post habitam ab ampl. Rectore Orationem, appellati sunt à Clarissimis Beatæ Mariæ et Beatæ Genovefæ Pro-Cancellariis, Octo-Viri quos Dignissimi Cancellarii designaverant, nimirum apud Beatam Mariam, M. Ludovicus Alexius Regy, Baccalaureus Theologus, è domo Sorbonicâ; & funerando ordine; M. Tristanus Barthelico, Licentiatus Theol, Doctor aggregatus ad Philosophorum ordinem, è Nationi Picardicâ: Joannes-Baptista Dumouchel, Eloquentiæ Professor in Marcianis, è Normandiâ: M. Josephus Nicolaus Brion, Baccalaureus Theologus, Socius Sorbonicus, Doctor aggregatus ad Philosophorum ordinem, è Germaniâ apud Beatam Genovefam veró, ex Honorando ordine, M. Geril, Doctor Aggregatus: & Fr. Dechrisimus, M. Langue (& Venerando) Licentiatus Theologus, Philosophiæ Professor in Cardinalitio: M. Lingois, Licentiatus Theologus, Socius Sorbonicus, Philosophiæ Professor in Sorbonæ Scholis: & Constantissimus, M. Aberne, Licentiatus Theologus, Socius Navarricus, Philosophiæ Professor in Regio Navarræo/.

Nationes Digressæ ac deinde regressæ per singulas Procuratores retulerunt electi ad se accersiti ad tuendam Candidatorum Magistrii artium peritiam, Magistros supra nominatos, nempe, eosdem, quos Dignissimi Cancellarii designaverant. Electis consulit ampl. Rector.

Deinde novos Examinatos admisit ad Sacramentum/.

Digressis Procancellariis, ampl. Rector jussit Legi Litteras Regias de postulatione M. Maslon, qui Biennium Philosophicum in Universitate Duacensi confecit; ac petiit, ut postremis Comitiis 23. Junii habitis, illud sibi pro ano anno Parisiis imputaretur: Auditis Litteris, auditio Procº Syndico, Placuit Litteras inscribi et Supplicem suæ postulatæ concedi/

De par le Roy

Chers et bien amés, Le Sr. abbé Maslon nous ayant fait representer qu'il a fait son cours de Philosophie pendant deux ans dans l'Univté de Douay, sous des Maitres séculiers, et que quoique vous ne soiés astreints à compter pour une année le cours de Philosophie fait hors votre faculté que relativement aux Univtés de Reims et de Caen qui vous sont affiliées: Vous ayés usé plusieurs fois d'indulgence à l'égard des autres Univtés: nous vous faisons cette Lettre pour vous dire, que le Sr. abbé Maslon ayant fait ou faisant une année de Philosophie à Paris, notre intention est que le cours de Philosophie qu'il a fait à Douay lui soit imputé pour une seconde année; en conséquence qu'il soit admis à subir les examens necessaires pour obtenir le degré de Maitre ès arts; le tout sans tirer à conséquence. Si n'y faites faute, car tel est notre plaisir. Donné à Versailles, le 29. decembre 1784. Signé Louis; et plus bas Le Baron de Breteuil/

Debrieux Rector

Aug°

14 Aug°

Anno Dni 1785, die Dominicâ decimâ quartâ Augusti, ampl. Rector, assumptis secum Comitibus Syndico, Pro-Quaestore, et M. Lambert rituum Academicorum Magistro Versalias se contulit: ibique Praemiorum Academicorum Indiculum obtulit Regi, Delphino, Augustis Regis fratribus, Ubique summo plausu exceptus est./

22 Aug°
Trib. acad. extrà Ord.
De legato Car. Bougaut v. p. 40 fol. v°. p. 48.

Anno Dni 1785, die vigesimâ secundâ mensis Augusti, horâ post meridiem quartâ, habita sunt in collegio Ludovici Magni comitia extraordinaria Deputatorum Universitatis.

Dixit amplissimus Rector convocata esse comitia in quibus deliberaretur de optimâ ratione exequendi, sine academicae rei detrimento, si fieri potest, Decretum illud quod à supremo senatu, die 18. junii proximè elapsi, latum est super testamento honesti viri Caroli Bougaut parisiis dùm viveret, materiaturam exercentis, hujus Academiae alumni olim carissimi ac benè memoris: nominatos jàm esse hanc in rem Deputatos; consultos ab iis jurisperitos; audiendos utrosque.

Tùm jussit legi Consultationem V. cl. M. Target, Universitatis Consiliarii: ac deindè libellos memoriales à merit°. syndico et à Clar. proquaestore (M°. Daragon) conscriptos.

His lectis, unâ voce dictum est viris Academicis Decretum audientibus tria occurrere praeter expectationem et vota.

Primùm: Cùm Carolus Bougaut haeredes nullos haberet ex se, vel ex utroque parente genitos, sed consanguineos tantùm è secundo Matris conjugio, primogenitis, ut ferè fit, minùs propitio; cùm que post patris obitum, fuisset à Matre dimissus ad prioris conjugis fratrem parisiis materiaturam exercentem, quem ab anno aetatis quarto habuit loco parentis, suaeque fortunae autorem et architectum, testamenti sui conditiones scribenti non venisse in mentem se ab officio Naturae aut legibus civilibus discessurum, si opes, quarum ne minimam quidem partem à genere materno acceperat, quas verò suâ operâ et industriâ, suis laboribus ac sudoribus comparaverat, ex asse, in duas partes inaequales, pro jure suo divideret, quarum primam, quae minor esset, distribueret consanguineis maternis: exiguam sanè, si cum solidâ et integrâ testantis fortunâ conferretur; satis amplam, ut illi videbatur, si cum statûs eorum conditione, ac de se meritis: alteram verò longè majorem consecraret piis usibus, scilicet primùm exequiarum suarum impensis et Missis ad obtinendam animae suae aeternam pacem celebrandis; deindè ornandis aedibus deo sacris et adjuvandis pauperum hospitiis; demùm persolutis caeteris testamenti sui donationibus, cùm, ipse pauper, fuisset per decem annos pauperes inter Collegii sorbonae plessei alumnos benignè exceptus, quidquid foret residuum, alendis pauperibus scholasticis, quos Tribunal Academicum nominaret ac seligeret; quod propositum alumno academico et homine christiano dignum est, atque consonum edicto anni 1749, hanc in rem lato, et in senatûs tabulas relato. Testamentum autem illud à consanguineis impugnatum fuisse, leviorem sibi haereditatis

pavcem adscriptam esse conquerentibus, et ab iis in jus vocatos, non quidem omnes qui in illo locum aliquem obtinuerant, sed ex omnibus solos pauperes scholares. Demum causam sic judicatam, ut dum sua templis, sua pauperum hospitiis legata manent illæsa et integra, legatum pauperibus scholasticis inspiciendum ad quarcas et infrà vedelatus, ut aiunt; undè fit ut, cum decennarium sex millium libellarum summa ad inspiciendas Bursas legata fuisset, post Decretum latum, ad inspectionem non pervenerit nisi quinquaginta millium. Quâ quidem in re notandum est 1°. solidam et integram illam 200000.ti summam, quam testator Bursis inspiciendis addixerat, fundationis illius sumptibus omnibus et singulis fuisse obnoxiam, antè Decretum latum. in exemplum est sumptus quem secum trahet solemne pavorum annuarium celebrandum in memoriam fundatoris, atque spectabile duodecim libellarum singulis alumnis distribuenda, qui huic pavo adsunt. Nunc verò, post Decretum latum, non liquere an novaque pars divisa ejusmodi sumptibus obnoxia remaneat, ava verò illa longè major, quæ consanguineis attribuenda vel verò id quod ab ipso testatore attribuendum fuerat, à quolibet fundationis onere liberata sit et immunis. 2°. postquam scholarium ac Bursarum nominatio ad consanguineos devoluta est, nihil prorsùs relictum quod Universitas conferat egregiis adolescentibus quos ipsa nominaverit. Hoc primum. /.

Secundum legatum fuisse Academiæ parisiensi pecuniam, non quam suam faceret, aut in usus suos collocaret, sed quam conservaret in annuum censum, sibi quidem præcipuum, ut pote qui viâ concursûs ab eâ distributus fuisset illi scholarium generi quibus stativa non debuit, sed fortuna: iis maximè quibus ars academica vita est, victumque summa stipendium exiguum à laborioso docendi munere proveniens. illius verò censûs administrationem, juxtà testamenti leges, quemadmodùm et scholarium nominationem, distributionem et omnimodam dispositionem esse pœnès amplissimum Rectorem et Tribunal academicum cui fundationis exercitio et cura committebatur: Nunc verò Decretum Bursarum et scholarium nominationem ab Universitate transferri ad homines illiteratos et infimæ plebis. neque id solùm, sed ità transferri ut simul declaret id fieri annuente palàm et consentiente Universitate parisiensi. atqui tamen de illo consensu nulla unquàm deliberatio apud Tribunal academicum habita est. Hoc secundum.

Tertium vocatum in jus Academiam parisiensem non fecisse pro suâ, sed alumnorum suorum utilitate: pecuniam quæ suis alumnis

Aug.

legatam proprio motu delinquere et vadimonium deserere non potuisse, quin officio suo deesset; atqui tamen illa litis sumptibus damnatur. hoc tertium.

Quae tria si constiterint legatum pauperibus scholasticis ab Universitate parisiensi nominandis et seligendis institutum non reduci, sed extingui, et evanescere fundationem quae Academiae parisiensi honorifica erat et utilis, ipsi fieri damnosam. Denique academico Tribunali nihil suppetere consilii quo fundationis reliquias ad bonum publicum revocare valeant.

His maturè, nec sine dolore expensis, re in deliberationem missâ, audito M. Camillo Camyer, syndico, rogatis sententiis, dictum est jàm satis liquere causam Universitatis disceptatam et defensam non esse, ut par erat; maximè verò quod, quidquid ad studiorum utilitatem, splendorem ac progressum pertinet, id semper supremo senatui carum et acceptum fuisse constet longo rerum usu; nostris verò temporibus, solemni praemiorum academicorum distributione, quam ex posthumâ liberalitate D. le Gendre instituit senatûs sapientia, consanguineis necquicquàm reclamantibus. Quod cùm ità sit, animum non esse despondendum, cavendum potiùs ne Universitas, praeposterâ obsequendi facilitate, et intempestivâ exequendi celeritate, sibi, alumnis et ipsi forsan senatui defuisse videatur. Cum que in causâ ad Bonum publicum pertinente decorum sit nihil intentatum relinquere, illud modò cum legibus consenserit, salvâ senatûs reverentiâ, à quâ Academia parisiensis nec discessit unquàm, nec discessura est, placuit, supremo senatui, Universitatis nomine, offerri libellum supplicem obsequentissimum (gallicè Requête civile) ad obtinendam litis disjudicatae novam disceptationem. Quam quidem si obtinuerit, spem esse haud incertam, futurum ut senatus, pro suâ aequitate et sapientiâ, rei academicae ac publicae benè ac rectè consulat. /.

Et ità conclusit amplissimus Rector. /. Delneu Sector

Anno dni 1785 die 27^a vigesimâ septimâ Augusti habita sunt, in antecessum, comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in collegio ludovici magni. — 27. Aug. Trib. acad.

1°. Stetit se unus supplex, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. joannes ludovicus filz, presbyter parisiensis, de quo retulit M. Camillus Camyer syndicus, ac dixit se vidisse tùm ejus litteras Magisterii, tùm professorum quos audivit testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab eo fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; audito meritissimo syndico, placuit supem præfato supplici postulatum concedi. /.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta. /.

3°. Ad diem jovis sextum mensis octobris indictæ sunt generales Universitatis supplicationes. /.

4°. Quod legatum illud quod à Carolo Bougault institutum fuerat pauperibus scholasticis quos Universitas seligeret ac nominaret, non solum reductum est, ut aiunt, sed penitùs extinctum, si constiterit decretum latum die 18ª junii: neque tribunali academico suppetit consilium undè reliquias fundationis, quæ ad splendorem Universitatis, nec non ad Religionis, rei litterariæ, totius que adeò Reipublicæ litterariæ et Regni utilitatem erat feliciter excogitata, ad institutum suum revocare queat: Re iterùm atque iterùm in deliberationem missâ, maturè que nec sine dolore expensâ, audito M. Camillo Camyer syndico, rogatis dictis que sententiis, placuit salvâ senatûs reverentiâ, à quâ Academia parisiensis nec discessit unquàm, nec discessura est, quo nomine supremo senatui offerri libellum obsequentissimum (gallicè requête civile) ad obtinendam litis disjudicatæ novam disceptationem. Quam si obtinuerit, spem esse haud incertam, futurum ut, pro senatûs æquitate et sapientiâ, rei litterariæ ac publicæ benè ac rectè consulatur. /. — De legato Car. Bougaut v. p. 46 f. v°. p. 68

5°. Ad Tribunal Academicum ab amplissimo Rectore vocati sunt Consiliarii Universitatis forenses MM. Target, Picard et Blondel humillimas et obsequentissimas repræsentationes lecturi de juribus ab Universitate exercendis in venditionibus et abalienationibus fundorum qui alendis pauperibus scholasticis consecrati sunt. Abfuit M. Target et absentiam suam scripto excusavit. M. Blondel opus hanc in rem à se pari fide et elegantiâ elaboratum recitavit, quod quidem placuit cum ordinibus academicis communicari. — De venditione Coll. Remensis v. p. 40 p. 50.

et ità conclusit amplissimus Rector. Delneu Rector

Oct.

1. Oct. Trib. acad.

Anno dni 1785, Die sabbati primâ Octobris, habita sunt, in collegio Ludovici magni, Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis; quibus in comitiis primùm adfuit M. Dionysius Berardier, novus sacræ facultatis syndicus, Decani locum tenens. abfuit M. Bouchaud cujus loco consedit M. Edmundus Martin. /.

1°. supplicârunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Columbanus Beauvarlet, presbyter Ambianensis, et Antonius Æmilianus poissonnier Desperiers, presbyter parisinus, de quibus retulit M. Camillus Camyer, syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi M.° poissonnier Desperriers desunt litteræ testimoniales M.i de la hogue, Theologiæ professoris in sorbonâ, pro tribus mensibus, quas quidem se exhibiturum esse pollicitus est antè proximas supplicationes generales. Audito M. Camillo Camyer, syndico, placuit sua utrique supplici postulata concedi; eâ lege tamen ut supplicatio M.i poissonnier Desperiers non valeat, nisi datam fidem exsolverit, litteras que testimoniales, quæ desunt, exhibuerit antè proximas supplicationes die jovis sextâ hujus mensis octobris habendas. /.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta. /.

Res sanbarbarana v. p. 25. p. 64. f. v°.

3°. Lecta est epistola illustrissimi viri D.D. Pajot de Marcheval ad amplissimum Rectorem quâ postulat nominari ab Universitate tertium, ut aiunt, peritum ad definiendum pretium domûs sanbarbaranæ. eâ lectâ, visâ conclusione latâ die septimâ mensis Augusti anno proximè elapso, quâ Tribunal Academicum, cùm de illâ deliberaret, à Rege petiit ut loco Ædium, quas cederet, Universitati annuus assignaretur census in nuntiatus regios; ille verò census frumentarius esset, non pecuniarius, quod quidem Collegio Ludovici Magni non semel concessum est.

Audito M°. Camillo Camyer, syndico, rogatis dictis que sententiis, Dictum est 1°. è re academica non esse Tertium nominari peritum ex cujus sententiâ definiretur quantâ pecuniæ summâ prædictæ domûs venditio fieri debeat. 2°. Rogandum amplissimum Rectorem ut, assumptis secum, quos voluerit, comitibus, adeat illustrissimos Duumviros à Rege hanc in rem Deputatos, illis que primùm offerat libellum memorialem quo constet quantis impensis Universitas prædictam domum sibi comparaverit: deindè, cum iisdem modiorum seliginis numerum Universitati singulis annis in nuntiatus regios solvendum loco Ædium quas cedit, paciscatur, melioribus, quàm fieri poterit, conditionibus, de quibus ad Tribunal Academicum referat,

sic componi, si fieri potest, ut Universitas, quae Regis optimi est in illam benevolentia et munificentia, majore pretio non videatur emisse quàm vendidisse. /.

Atque ità conclusit amplissimus Rector. Delneu Rector

Anno Dni 1785 die jovis sexcâ mensis Octobris habita sunt in Collegio Ludovici Magni comitia centuriata Universitatis ad generales supplicationes. 6. Oct. Com. ad sacr. suppl.

1°. in aulâ tribunalis academici supplicârunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Alexander Thierion d'Ovanon, presbyter Trecensis; petrus franciscus havet, presbyter Rothomagensis; de quibus retulit M. Camillus Camyer, syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, caeteraque ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Mo Camillo Camyer, syndico, placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi. /.

2°. Sacramentum praestitere inter manus amplissimi Rectoris novi quinque Librarii à Mo fournier, rei librariae adjuncto, praesentati scilicet: franciscus Buisson; Claudius poinçot; vincentius petit; joannes Cussac; ludovicus Laurentius Edmundus le jay. /. novi librarii Buisson poinçot petit Cussac le jay fil.

Deindè è comitio Tribunalis academici itum est in aulam Academicam, ubi post habitam ab Amplissimo Rectore orationem elegantissimam, omnes Ordines rata et grata habuerunt quae gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, ei que litteras commendatitias decrevêre perhonorificas, amplum que polliciti sunt comitatum ritè processuro ad Aedem Deo sacram sub invocatione sancti jacobi de alto passu, in suburbio sanjacobaeo.

Ibi pontificem egit M. le fevre, sacrae facultatis Doctor Theologus, et sorbonae senior: sacram concionem ad populum habuit M. Antheaume Doctor Theologus et ejusdem Ecclesiae pastor: Eucharisticam ad pontificem habuit M. Létendart, Doctor aggregatus ad primum Ordinem. /.

Delneu Rector

Anno Dni 1785, die decimâ mensis Octobris habita sunt in Aedibus ~~Academicis~~ collegii Ludovici magni comitia generalia ~~et Rectoria~~ praeclarae artium facultatis. 10 Oct. Com. Rectoria

Primùm retulit amplissimus Rector de iis quae gesta sunt in suo trimestri Magistratu; scilicet de publicâ praemiorum academicorum distributione, rogavit que viros academicos ut, si qui adhuc essent abusus, vellent de iis ipsi mentem aperire aut vivâ voce aut scripto; de indiculi praemiorum academicorum oblatione Regi, Delphino, regiis fratribus, illustrissimo sigillorum regiorum Custodi et Regni Administris; his verò

quoniam nous nondùm invaluit indiculum illud offerre nomine universitatis, dilectè ofendit amplissimus Rector quantum è re academicâ esset amplam omnem occipere insignendi, salutandi eos præcipuè viros quorum opera et operâ sapè uendum haberet Academia, modò id fieret eâ quæ Academiam decet, dignitate: egit de Decreto supremo curia die 16ª junii emisso super legato Gonsalvi vivi Caroli Bougault; concrà quod decretum placuit patronis et compliciis universitatis eundem libello supplici obsequentissimo (gallicè requête civile): dixit quoque obtinendum esse ne Administri collegii Ludovici magni plena potestas incerta ab universitate velinquerentur bona et possessiones collegiorum minorum vendendi, inconsultâ universitate, confectum quæ fuisse eâ de re, ex patronorum nostrorum sententiâ, humillimarum supplicationum libellum à Regia, si ibi à academicis ordinibus videretur offerendum: tandem admonuit maximum imminere periculum ne Facultas artium omni spe deperditorum recuperandarum in posterum summam exigua millium librarum, id est non mediocrem sui patrimonii partem, quam libris parandis jam à viginti propè annis ad annum 1606 collegio Ludovici magni concessa fuit: populavit itaque ut eligerentur quàm primùm Deputati qui rem eo rei eventum maximè providerent et ad utilitatem Facultatis artium promoverent.

2°. Facta supplicandi potestate, supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos juliacus petrus Robert, parisinus, propter pecus anglam, quod scripto reparare M.r Thierry Doctor medicus parisiensis; Robert
claudius Vachet, pisinensis, propter anglarionis morbum quem scripto reparare M. Malpin Doctor medicus parisiensis; petrus Maria Xaverius Vachet
Dubesne, Noviodunensis, propter debilitatem oculorum ac vertigines quas scripto reparare M. Dubesnay Doctor medicus parisiensis; joannes petrus Dubesne
Servois, Albissiodorensis, propter petrosi et oculorum imbecillitatem quam scripto reparare M. Duchanoy Doctor medicus parisiensis; Servois
eligius Nicolaus Gautier, Clericus parisinus, propter inveteratam petrosi debilitatem, quam scripto reparare M. Depierre Doctor Gautier
medicus parisiensis; Franciscus Xaverius Chayron, Basileensis Chayron
qui per semestre prius logicorum anni academici proximè elapsi, gravi morbo correptus non potuit eam partem codicum scribere, petitque itaque immunitatem à scribendâ quæ parva; pro reformatione nominum Bonneau
M. jacobus Cæsar josephus Bonneau, subdiaconus cameras, petit ut cognomen illius nè addatur De la Noire in catalogi philosophicis, ex liceat ejus Baptismalis delectus, utpote in ipsi dicitur Acolythus, licet nunc jam esset subdiaconus.

Auditus est de illis supplicibus M. Camillus Camyer syndicus qui dixit se vidisse omnia instrumenta ad illas supplicationes requisita, in quibus nihil desiderari: nec moram facere quominùs Nationes Deputatos nominarent.

Audito syndico, Rector misit Nationes ut de his deliberarent, confirmarent quatuor viros manè electos, nominarent Deputatos modò à se postulatos, grata et rata haberent quæ gessit.

Nationes digressæ ac regressæ per ornatissimos procuratores retulerunt 1°. à se rata et grata haberi quæcumque gessit amplissimus Rector in suo trimestri magistratu, ei que decerni litteras commendatitias perhonorificas. 2°. supplicibus omnibus indulgeri, etiam Emmanueli josepho Masson clerico Cinoracensi, cujus supplicatio facta 23a. junii proximè elapsi, ut biennium in Universitate Duacensi confectum pro uno anno in Universitate parisiensi computaretur, tùnc rejecta fuerat eo quod præmanibus non haberet litteras regias; cum eas exhibuisset in præsentibus comitiis, ejus supplicatio admissa est. 3°. confirmari quatuor viros manè electos, nimirùm in honorando ordine

Masson

vide sup. p. 39 et 40.

4°. nominari Deputatos qui de summâ triginta millium libellarum providerent ne quid detrimenti præclara artium facultas caperet scilicet, et de reformatione humillimarum ad Regem supplicationum agerent, scilicet in honorandâ Natione MM. Charbonnet; in fidelissimâ Daragon et Binet; in venerandâ Cerizier, Vasse, le seigneur, in constantissimâ, Rheone et le loup.

Deputati de summâ 30000tt. et de reform. libelli de re Remensi suppl. v. p. 48. p. 70 f. v°. p. 77

Quatuor viri præstito sacramento inter manus amplissimi Rectoris, conclave ingressi sunt, deindè digressi per M. Lambert retulerunt fasces Rectorios unanimi consensu fuisse prorogatos M. joanni Delneuf Rectori

Quæ prorogatio ab omnibus statim Nationibus approbata et libentissimè confirmata fuit.

Et ità conclusit amplissimus Rector. Delneuf Rector

Anno Dni 1785, die vigesimâ septimâ ejusdem mensis Octobris quæ est pervigilium sancti simonis et judæ, habita sunt in ædibus academicis collegii ludovici magni, horâ septimâ matutinâ comitia generalia præclaræ artium facultatis ad eligendos novos Censores.

27. oct. Comitia Censoria

1°. amplissimus Rector, habitâ eleganti oratione de necessitate et utilitate censoriæ potestatis inter viros academicos, ac de ejus vi

exercendâ præcipuè in tentaminibus Magistrorii artium, quod apud omnes pro locordiâ nostrâ vilescere nec pati necesse debemus; legi jussit epistolam ad se directam à Clarissimo viro D. Sue in academiâ Chirurgorum regio professore, scholarum Chirurgicarum inspectore, et locum tenente primi Chirurgi regij.

Quam epistolam cùm legere vellet M. Girault de Koudraye, dùm revocat M. Fournean universitatis scriba, nominatus fuerat in ejus adjutorem in obeundo scriba officio, et obtinuerat scriba munus provisoriè gerendum absente aut ægro vel impedito titulari possessore, solummodò;

M. Girault ab obeundo scriba officio repellitur vide p. 91 b. v°.

Juvavit M. Camillus Camyer, syndicus, et, cùm mentis laudibus prosperum esset Mm Fournean proximâ nocte, horâ tertiâ, vitâ functum, decreto nominationem M. Girault fuisse à Nationibus præclara Artium Facultatis in jure et judicio impugnatam, licet esse adque subjudice, munus que scriba provisoriè obeundum simul cum titulari possessore exercitum; itaque Mm Girault non posse illud exercere etiam provisoriè, seiunctum, pro suo jure et officio, et pro re academicâ populare re hîc ob id nominatum aut Mr Girault aut quivis alius qui scribam agat in prosperibus comitiis.

M. Davaygon in scribam pro hj comitiis eligitur

Amplissimus Rector ex tempore secessit cum Consiliis procuratoribus in aula Academica angulum, ne rectum eorum audiret: quibus à colloquio digressis et sedem solitam tenentibus, retulit amplissimus Rector Consilij. Procuratores unanimi consensu elegisse M. Joannem Baptistam Davaygon, professorem emeritum, virum procuratorium et Universitatis præpositorem qui demoveri scriba posset agat pro hjs prosperibus comitiis, ejus tamen nominationem confirmandam esse à Nationibus.

Juvavit Mr Girault et reposuit: sibi scriba munus exercendi jus esse duplex et Nominationis facta à scribunali Academico, et provisionis, ut aiunt, à supremo senatu concessa; quam rectè maximam semper fuisse in præclaram Artium Facultatem et in amplissimum Rectorem reverentiam; sed præclara Artium Facultatis repulsâ ea adduci ne nequit sibi fit jus suum percipi; incedebat itaque et rectum incessionis suo populare; qui ipsi concessus est; atque ità è comitiis egressus est.

Deindè ego Mr Davaygon, modò electus qui scriba pacem agam pro hjs prosperibus comitiis, jussus ab amplissimo Rectore, legi epistolam Clarissimi Viri sue quâ indocti omninò et linguæ latinæ prorsùs rudes Lauream Artium insignivi quevimus.

Lectâ epistolâ, orationem recessit amplissimus Rector, censores que et examinatores officium ea jugiter agendum qua fidem obstrinxerunt admonuit, non sine aliquâ negligentiæ objurgatione, et pietatis in Deum

Academiam commemorationem.

Ubi finem dicendi fecit amplissimus Rector, facta supplicandi potestate, supplicârunt pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos, Augustus Henricus Joseph de Muyssart, propter oculorum debilitatem quam subiit per operationem M.r Desault Doctor medicus parisiensis; et Claudius Richepanne Bituricensis, à primis pueritiæ annis debilissimo affectus pectore, quod subiit per operationem M. Dubois de Rochefort Doctor medicus parisiensis. Muyssart Richepanne

De supplicibus audivit est M. Camillus Camper syndicus qui dixit se audisse omnia in commentario ad illas supplicationes requisita, in quibus nihil desiderari; ideoque nihil movari pro re academicâ quominus illis supplicibus indulgeatur.

Audito syndico, Rector misit Nationes ut de his deliberarent, simulque eligerent, nominarent Deputatos qui viderent quâ potissimum ratione ad priscinam possibilem revocetur Candidatorum probatio. et pro Magistrorio artium dignitas augeatur; nominarent qui syndicum comitarentur in apponendis sigillis apud M. Bourneau scribam universitatis vicâ primum; confirmarent M.r Davagon.

Nationes digressæ ac regressæ per ornatissimos procuratores, retulerunt à se supplicibus omnibus indulgeri; creatos fuisse simulque nempè pro honorando Ordine M. Dusal, in nocteque jure Baccalaureatum; pro fidelissimo M. de la Vauguerie Doctorem aggregatum ad tertium Ordinem; pro venerando, M. Bureau Doctorem aggregatum ad tertium Ordinem; pro conspectissimo M. Boulier Doctorem aggregatum ad primum Ordinem: Nominatos fuisse deputatos de Magistrorio artium pro Gallicanâ M. Redon celeberr. philosophiæ professorem in Mazarino, et M. Jean celeberr. Grammaticæ professorem in Sorbonæ plessæo; pro picardicâ, MM. de la Vauguerie, prium simulque; et M. Lange celeberrimum philosophiæ professorem in Cardinalitio; pro Normannicâ M. M. Lévêque et Lingay, alterum celeberr. eloquentiæ professorem in Montanio, alterum celeberr. philosophiæ professorem in Sorbonæ plessæo; pro Germanicâ, MM. Abeune et le Roux, utrumque celeberr. philosophiæ professorem, alterum in regiâ Navarræâ, alterum in Lemovicis: appellatos quoque fuisse deputatos qui comitarentur meritissimum syndicum in apponendis sigillis apud M. Bourneau; pro Gallicanâ, M. Redon celeberr. philosophiæ professorem in Mazarino; pro picardicâ, M. Davagon professorem emeritum et prosynodalem; pro Normannicâ, M. le Seigneur celeberr. litterarum professorem in Lemovicis; pro Germanicâ, M. Boulier, Nationis simulque: præcessè nominatos fuisse qui licem prosequantur coram M. Civault pro honorando Ordine, eodem quoque in primâ licis origine; pro fidelissimo, MM Binet et le Vasseur, utrumque eloquentiæ professorem, quorum in Cardinalitio, illum in Sorbonæ plessæo: ab omnibus Nationibus confirmari electionem modò factam M. Joannis Baptistæ Davagon professoris emeriti et prosynodalis, in scribam proclamatum auditumque pro his prosentibus comitiis. /. Deputati qui licem prosequantur ad M. Civault

et sic concepit amplissimus Rector. Debrae Rector

Oct.

28 Oct. Trib. acad. extra ord. ad parentandum Mo. Fourneau

Anno Dni 1785 die vigesimâ octavâ mensis Octobris, horâ septimâ vespertinâ, cùm convenissent deputati Universitatis in ædes academicas collegii Ludovici Magni parentaturi viro clarissimo Mo. Fourneau superiori nocte demortuo, universitatis, dùm viveret, scribæ fidelissimo, habita sunt comitia eorumdem deputatorum extraordinaria ad designandam qui officio scribæ fungeretur intereà dùm lis de scribæ munere pendens apud supremum senatum dirimatur ac dijudicetur.

res Mi. Girault

Amplissimus Rector, postquàm sinceris justisque et aptissimis laudibus prosecutus est M. Guidonem Antonium Fourneau, ob ea quæ de Universitate meritus multis in rebus est, ac præsertim in gerendo triplici Rectoratu et fidelissimi per triginta quinque annos scribæ munere, exposuit eumdem M. Fourneau, anno 1778 die quartâ julii ab academico Tribunali postulasse 1o. ut suæ valetudinis infirmæ habitâ ratione ipsi coadjutor, cum spe futuræ successionis in exercendo scribæ munere nominaretur; 2o. ut munus illud exercendum cum spe futuræ successionis Mo. Mathurino Georgio Girault de Koudou professori philosophiæ emerito concederetur: annuisse duplici ejus voto Tribunal academicum; sed ex septem academicis Ordinibus, sex contradixisse; è quibus sacra Theologia intercessit ne M. Girault ullas scribæ functiones exerceret, et quatuor academici Nationum Ordines non solùm intercesserunt; sed intercessionis suæ momenta expendenda et dijudicanda ad supremum senatum retulerunt; ac litem esse adhuc sub judice; intereà M. Girault obtinuisse à supremo senatu, die vigesimâ octavâ mensis Augusti ejusdem anni, Decretum, ut vocant, provisorium, quo fit potestas Mo. de Koudou provisoriè ac sine ullo partium præjudicio, gerendi vices scribæ, cùm aut absens, aut æger, aut impeditus fuerit scriba Universitatis, solummodò; cujus Decreti summam seu enuntiationem recitari jussit amplissimus Rector, quæ sic se habet:

La Cour reçoit les intervenans parties intervenantes, et, sans préjudicier au Droit des parties au principal, ordonne, par provision, qu'en cas d'absence, de maladie ou empêchement du Greffier de l'Université seulement, ledit Mathurin Georges de Keroudou en fera les fonctions: sur le surplus des demandes des parties, les renvoye à l'audience, depens reservés; en parlement ce 28 Aoust 1778. signé de Glatigny. /.

Quibus lectis, dixit amplissimus Rector illam decreti partem ubi hæc clausula legitur: en cas d'absence, de maladie ou empêchement

du Greffier seulement, planam sibi non videri; quæsivitque an id sic intelligendum esset ut M. Girault de Keroudou scribæ munus provisoriè obeundum acceperit, vivo duntaxat M°. Fourneau, et, eo mortuo, totum illud munus provisorium irritum fiat, an, etiam post excessum M^i. Fourneau, vi illius Decreti M^er. Girault munus scribæ provisoriè retinere possit, lite apud supremum senatum adhuc pendente?

Finem dicendi fecit amplissimus Rector sciscitando quidquid de propositâ re sentiret meritissimus syndicus?

Mentem suam aperuit M. Camillus Camyer, syndicus, asseruitque planum esse et apertum Decreti sensum, nec indigere ullâ interpretatione: scilicet jus scribæ muneris provisoriè exequendi, ex sensu obvio decreti, concessum fuisse M°. Girault, vivo duntaxat M°. Fourneau, ità ut, eo mortuo, jus illud totum evanuerit; Decretum enuntiare expressis terminis: en cas d'absence, de maladie ou d'empechement seulement; quæ omnia sunt viventis non mortui; idindè facile colligi posse quod, si mens supremi senatûs fuisset jus illud provisorium extendere ulteriùs, post hæc verba: par provision facilè addi potuisset, et jusqu'à jugement définitif: quod cùm non addiderit supremus senatus, manifestum esse vel eo decreto arceri M^m. Giraud ab exercendâ provisoriè scribæ functione, morte M^i. Fourneau interveniente. Quo igitur titulo hîc sederet M^r. Girault cui titulum scribæ deferre non potuit Decretum, lite pendente; nec vicarias scribæ demortui partes; ibi enim vicarius esse non potest, ubi nullus est tituli possessor.

Itaque se hodie postulare quod in hesternis censoriis comitiis postularit, id que pro suo jure et pro re academicâ, ut, vacante scribæ munere, Deputati universitatis nunc, quoniam periculum est in morâ, ac imminens iis qui litteras Nominationis postulant, eligere velint qui munus scribæ obeat intereà dùm lis pendens apud supremum senatum dirimatur ac definiatur, salvis partium juribus.

Audito meritissimo syndico, surrexit M^r. Girault, narravit quomodò die quartâ julii anni 1778 in Ordinariis Deputatorum Universitatis comitiis fuerit pluralitate suffragiorum electus et nominatus in adjutorem M°. Fourneau in munere scribæ cum spe futuræ successionis; cùm lis indè orta esset, provisorias scribæ partes sibi fuisse addictas decreto supremi senatûs die 28^a. mensis Augusti ejusdem anni 1778 lato; novo Decreto, novâ electione, novo sacramento non indigere ut jura sibi duplici titulo concessa exerceat; postulare ut jus illud sibi constet; intereà se è comitiis discedere cùm res sua agatur.

Quo digresso, placuit primùm tribunali academico nominari M^m. Joannem Baptistam Daragon, pro quæstorem qui scribæ partes ageret pro

M. Daragon nomin. ad supplendas scribæ vices in his comitiis

hij proponibus comitijs.

Deinde item est in sententijs et suffragijs eo, qui seruatus, in deliberationibus ordine.

Mr Girault jus seruatus

Sapientissimus Theologiæ prodecanus dixit Mr Girault duplici titulo quandoque et vocari ad scribæ munus obeundum; electionem ejus vicè factam à Tribunali academico vim omnem suam retinere, imò novam sumere à decreto supremi senatûs provisorio, pendente lite, emisso; mirari se hoc apud judices de eâ re controversi, atque id dijudicandum sibi à jure nostro, dandi scilicet adjutores vicinibus possessoribus, cum ipsa fuerint successionis; nolle nos hesternis præclara avorum faustitatis exemplo et eligere Mr Davazon in scribam quippe qui jàm prognatorij vices agat, quem tamen alio quocumque temporis articulo non repelleret; sed, ne inepta lites nova lis accedat, in ed perseverare ne velle Mr Girault scribæ munus exercere, incertâ dùm lis pendens apud supremum senatum definiatur, salvis partium juribus.

Sapientissimus juvium Decanus censuit titulo deberi provisorium munus, datum fuisse à Tribunali academico titulum, à supremo senatu provisorium munus, ab eodem supremo senatu assignatos fuisse provisorio muneri certos casus eâ mente ut vir egregius Mr Fournean operam suam Academiæ, quoties ei licuisset, navare teneretur. Quòd attinet ad intercessionem academicorum ordinum adversùs nominationem Mi Girault exhibitam se licuisse academicis ordinibus improbare quidem, non verò infirmare Tribunalis academici decreta. Itaque censuit scribæ munus exercendum esse à Mr Girault donec aliter lis pendens apud supremum senatum dirimatur, salvis partium juribus.

Sapientissimus salubertinæ facultatis Decanus subobscurum provisorii decreti sensum sibi dubium et anxiæ animi non mediocrem motum fecisse, quia tamen nominatio Mi Girault facta fuit à Tribunali academico et sacramento ab eodem præstito rata et conservata sibi videbatur, vocandum esse censuit Mr Girault ut perseverare velit in scribæ munere exercendo, incertâ dùm lis dirimatur, salvis partium juribus.

Ornatissimus Honorandæ Nationis procurator impedimento se dixit Nationi suæ intercessione quominùs suffragetur Mr Girault, itaque se hodiè non in hesternis præclara avorum facultatis comitijs eligere Mr Joannem Baptistam Davazon, professorem emeritum et prognatorem qui scribæ munus obeat, incertâ dùm lis definiatur, salvis partium juribus.

Ornatissimus picardiæ procurator nominavit eumdem, quem in hesternis comitijs facultatis artium, Mr Joannem Baptistam Davazon professorem emeritum et prognatorem, qui scribæ partes agat incertâ dùm lis definiatur, salvis partium juribus.

1765 Nov. 53.

Ornatissimus venerandæ Nationis procurator duplicem disceptationem verum ordinem quæ apud Tribunal Academicum tractantur, nempè de foraneis, de quibus, cùm sit provocatio ad superiorem senatum, Nationes cognoscere non possunt; et de ad admissionem pertinentes, quæ, si fuerint gravioris momenti, improbandi imò reprehendendi jus Nationibus et cæteris academicis ordinibus competere asseruit, ex singulorum ordinum foederi; cum quæ Nationes pro ea sua juris tuitione declaraverint Nominationem Mi. Givault ad gerendum scribæ munus, quod ei apud Nos gravissimum, si non posse quin earum judicio maximè assentiatur, præsertim cum sibi persuasum sit, moveri Mo. Bonneau, nullam veneratæ Mo. Givault præferam scribæ munus exercendi etiam provisoriè. Ideoque se hodie, ut in hesternis proclamatæ fuerunt facultatis comitiis, nominare Mum Joannem Baptistam Davazon professorem emeritum et procuratorem qui scribæ munus obeat, incertæ diem lis divinatus, salvis partium juribus.

Ornatissimus Germaniæ procurator cùm diè dubius et anceps hæsisset, varios ne ex nominatione Mi Davazon alatæ lis necessetur, sortis ex parte sapientissimorum decanorum, et elegit Mum Givault qui scribæ munere fungatur, incertæ diem lis divinatus, salvis quoque partium juribus./.

Et ex suffragiorum pluralitate, cum sapientissimis decanis et ornatissimo Germaniæ procuratore concluserit amplissimus Rector./. Debrun Rector

Anno Dni 1765, die sabbati quintâ Novembris habita fuit comitia Deputatorum Universitatis, in collegio Ludovici Magni; in quibus quidem loco v. cl. Magistri Bouchaud, sapientissimi juvium decani absentis, adfuit viv. clar. Mus Mauvin, ejusdem consultissimæ facultatis Antecessor, primicerius et comes; Ego verò Macquerius Georgius Givald de Kondor scribæ officium exercui. 4. Nov. Trib. acad.

1o. Supplicâverunt pro licentiæ Nominationis juris Magisterii artium et Quinquennii MM. Petrus Rigolet, diaconus Foricassinus; Jacobus Capon sopplus Brunodunensis, subdiaconus Cameracensis; Joannes Petrus Reverdy, presbyter Lugdunensis, Ordinis Cluniacensis, antiquæ observantiæ expressè professus; Antonius Boisson, presbyter Clavomontensis; De quibus veritis meritissimus judicus ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum professorum, quos audierunt, testimonia quibus constat legitimum studii tempus præstitisse à se vicè cuncta, cæteraque in forma ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito meritissimo judice, rogatis dictis quæ fuerunt, placuit suo probatis supplicibus postulata concedi./.

2o. Cùm non sine dolore fuerint Deputati quibus constat Tribunal Academicum virum clariss. Mum Bonneau nuperè è vivis excessisse cum ingenti omnium desiderio, statimque post obitum sigillata fuisse ea omnia quæ apud eumdem virum clarissim. exarabant, placuit deputatos appellari vivos clarissimos MM. Berardier sacræ

faultaris fyndicum, et M. Cevipes, ornatissimum Normannice Nationis procuratorem qui simul cum Universitatis fyndico et me scribâ intervint, ubi finderentur sigilla, ad recognoscendas causas et alia instrumenta ad Universitatem pertinentia.

3°. In augmentum proventûs à V. C. jocunda Bazinâ Coignard Magistri in artibus insignis, et anno proximè imminenti 1762 discribendi, proposuit amplissimus Rector, comitiis Deputatis omnibus; An optimum sit in studio Librorum pauis et egregiis scriptoribus locum præbere? /.

4°. Vocatis et amplissimus Rector qui, nomine Universitatis velit ad vivum clariss. D. Depiis rescribere, quorum Universitati accidisse quæ ab eodem scripsere elucubrata, quod Bibliothecæ academicæ detrimento.

Hôtel de l'Univ. Locatum V. p. 40 p. 66

5°. Quod dixit amplissimus Rector, illustrissimum virum D. de la Rochefoucault pluvimis vicibus ad se venisse, scripsisse atque petisse ut Domus academica in suburbio sangermano sita (vulgò Hôtel de l'Université) eidem vero illustrissimo simul cum duabus illustrissimis Matronis, è Nobilissimâ suâ gente, (Madame la Mareschale de Conflans et Madame la Marquise de la Rochefoucault) locaretur precio tredecim millium Libellarum in singulos annos novem conductioni persolvendarum, cedulâ etiam conditione ut sumptus ad ea quæ reparanda vel ornanda fuerunt, impendendi bibliam aequaliter cum Universitate et illustrissimis conductoribus dividerentur; Audito Mo. Camillo Cauyer fyndico, voluntati dicti quæ pervenerit, placuit præfatæ Academiæ (vulgò Hôtel de l'Université) iisdem illustrissimis conductoribus nempè illustrissimo viro D. de la Rochefoucault, illustrissimis quæ Matronis (Mde. la Mareschale de Conflans et Mde. la Marquise de la Rochefoucault) ad novem annos continuos locari à die eâ utraque lege 1° ut pro singulis novennalis hujus conductionis annis Universitati persolvant summam annuam tredecim millium libellarum. 2°. ut quæ in iis ædibus videbuntur conductoribus illustrissimis ulteriùs reparanda vel ornanda juxtà statum ab Universitatis arbitris jàm subsignatum, ratione impensarum non superent summam unicam decim mille libellarum Turonensium, quarum quæ pars media, id est quinquies mille libella ab iisdem illustrissimis conductoribus ante diem mensis — decimam anni millesimi septingentesimi octogesimi persolvenda; salvis insuper iis conditionibus quæ solent passim in domorum conductionibus observari.

Mi. Givault renunciatio ad obb. scriba primum

6°. Cum primum actum est in iis Comitiis de renunciatione Mi. Givault ad munus scribæ Universitatis; rem proposuit ipse Mus. Givault, cum quæ plenam potestatem fecisset Mo. Bevaudier pro vice bajulorum procedendi negotii, pro hoc arbitrio conficiendi, egressus est è Comitiis; ex propositis conditionibus hæc potior visa est nempè si Mus. Givault concederetur ex ærario academico in pensionem annuam summa quadringentarum libellarum; et eadem summa pariter in pensionem annuam ab ipsius successore; quæ novaque propositio facta est in spem pacis et concordiæ in Academiam revocandæ. De summâ tandemmodò quadringentarum libellarum ex ærario academico in pensionem annuam Mus. Givault concedendam, deliberatum est. Audito meritissimo fyndico, placuit pluribus numero Deputatis, de ea pensione singulos suos ordines consuli. /.

Et super his omnibus ita consultis amplissimus Rector /. Debrenchelle

Anno Dni 1785, die septimâ Novembris, habita sunt in collegio Ludovici Magni, comitia Deputatorum præclaræ artium facultatis ad res Choletæas. 7. Nov. Trib. p. art. fac.

Dixit amplissimus Rector à se ideò convocatos esse Deputatos ut deliberarent de locatione unius ex ædibus Choletæis: petere honestissimam viduam Ancion ab administris ædium Choletæarum ut ii velint pro suâ æquitate attendere ex quo aperta est nova B. Genovefes platea, pretium longè minus esse illarum ædium quæ in vico S. Stephani sitæ sunt; nihil ominus à se rogari Deputatos ut eam domum quam nunc incolit, et à triginta circiter annis continuis incoluit, sibi locari velint iisdem omninò ac in conductione ultimâ, conditionibus.

Re in deliberationem missâ, audito Mo. Camillo Camyer syndico, dictis que sententiis, placuit honestissimæ viduæ Ancion ad novem annos continuos domum eamdem iterum locari, ut anteà factum est, eâ lege ut illa singulis novæ conductionis annis quæstori generali Nunciatuum Universitatis summam octingentarum et mille libellarum Turonensium persolvat, cæteras que observet conditiones in contractu locationis mox desituro enumeratas./

et ità conclusit amplissimus Rector. Delneu Rector

Anno Dni 1785, die sabbati tertiâ mensis Decembris, habita sunt in ædibus academicis collegii Ludovici magni Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia, in quibus 3. Dec. Trib. acad.

1°. Nominatus est Mr. Joannes Baptista Daragon qui scribæ vices ageret in præsenti deliberatione.

2°. Dixit amplissimus Rector auditum fuisse in superioribus comitiis die quintâ Novembris habitis, sapientissimum sacræ facultatis prodecanum, qui, cùm selectus fuisset à Mo. Girault ad componendas, pro suo arbitrio, lites de scribæ munere ortas, viam aperuit facilem, ut visa est, rei concordibus animis conficiendæ; nempè si Mo. Girault summa quadringentarum libellarum annui reditûs ex ærario academico solvenda depromeretur, eâ lege ut Mr. Girault se scribæ munere abdicaret, et si in posterum obtineret aliud quodcumque munus in academiâ perpetuum, hanc pensionem annuam fisco Universitatis remitteret; pariter auditos fuisse eâ de re singulos universitatis Deputatos qui declaverunt se non posse quidquam de eâ pensione à fisco academico depromendâ, inconsultis suis Ordinibus, statuere; tempus consulentibus non defuisse; postulare itaque se quid super eâ re censerent singuli Ordines. Mi. Girault renuntiatio agitur. vide superius

Deputatorum unusquisque ad quæstionem amplissimi Rectoris respondit

Sapientissimus scilicet sacræ facultatis prodecanus potestatem rei conficiendæ plenam et omnimodam fuisse sibi datam à suo Ordine, cui placet, pacis et concordiæ causâ, concedi Mo. Girault summam quadringentarum libellarum annui reditûs ex ærario academico depromendam, eâ lege ut idem Mr. Girault se à scribæ munere abdicet, imò et hanc pensionem annuam deponat, si quandò ad officium quodcumque in academiâ perpetuum perveniat.

Consultissimus jurium Decanus legit conclusionem suæ facultatis quæ sic habet: Excerptum è Commentariis Consult. jur. fac.

Anno Dni 1785, die verò vigesima quartâ Novembris habita

Dec.

sunt ordinaria Consultissimæ facultatis comitia quibus interfuerunt M. Edmundus Martin primicerius et comes, &c.

ac paulo post " in postremis Deputatorum universitatis comitiis professus est Dus Girault se, ut paci consuleret, tolleretur que omnis dissidiorum materia, paratum esse quæsito sibi jure officio cedere, adhibitis tamen certis conditionibus 1°. ut salva et integra manerent Tribunalis academici jura, ex quibus licet singulis Deputatis vacantia Universitatis Officia jure suo et inconsultis suis Ordinibus, conferre. 2°. pro nullis haberentur si quæ in offensionem Dni Girault prodita sunt in libellis memorialibus olim super eo negotio confectis; his verò tertiam proprio Marte adiecisse sapientissimum sacræ facultatis syndicum, nempè ut Do Girault in præmium spontaneæ renuntiationis, et ut res facilius cederet, concederetur pensio annua octingentarum libellarum, quarum quadringenta ex solitis Universitatis reditibus essent depromendæ, quadringentæ verò ab eo persolvendæ qui in scribam posteà foret eligendus: Duabus conditionibus omnes annuisse, pensioni verò de reditibus Universitatis persolvendæ, inter alios obstitisse, nomine consultissimæ facultatis, consultissimum antecessorem et primicerium Dm Martin, qui Decani vices in his comitiis gerebat, eo potissimùm momento quod æquum non esset gravari Universitatem erogatione pensionis ei tribuendæ qui nullum Universitati hâc in parte præstitisset Officium; eâ vero intercessione rem in suspenso remansisse; petere itaque se, ut, quoniam agitur de minuendo Universitatis patrimonio, quæ res absque omnium Ordinum consensu fieri nequit; videret consultissima facultas utrùm expediat in totum precibus Do Girault ab ipso aut in ejus favorem oblatis obsequi.

Re in deliberationem missâ, rogatis dictis que sententiis, omnes censuêre nihil per consultissimam facultatem obstare quominùs conditionibus à Do Girault oblatis mos gereretur; quoad pensionem, laudandum consultissimum primicerium Dm Martin, quod, factâ intercessione, Universitatis commodis consuluerit, et deinceps intercedendum ne ulla pensio, præsertim de solitis Universitatis reditibus, Do Girault in præmium spontaneæ renuntiationis, erogetur; et postquàm ita conclusum est à consultissimo Decano, soluta sunt comitia. "

Quibus lectis ab omnibus et singulis Deputatis reclamatum est contrà Narrationem conclusioni consultissimæ facultatis præfixam tanquàm à rei veritate longè recedentem: scilicet

1°. Dus Girault pacificos animos gerentem, petitionibus suis non apposuisse hanc conditionem: ut salva et integra remanerent Tribunalis academici jura ex quibus licet singulis Deputatis vacantia Universitatis Officia jure suo et inconsultis suis Ordinibus, conferre quippè qui cùm se stitisset de pace acturus, omnes pacis aditus præclusisset, nodum que litis à supremo senatu dirimendæ sibi sumpsisset.

2°. Eumdem M. Girault non postulasse ut pro nullis haberentur si quæ in offensionem ejus prodita sunt &c. quod necessariò consequitur ex partium transactione.

1785 Dec. 55.

3°. pensioni de vedibus universitatis persolvenda nullatenus obstitisse consultissimum antecessorem et principium Dn. Martin imò nullum fuisse ejusdi intercessioni locum; non licuit esse in pensionis de ejusdi pensione, proindè nullam fuisse latam aut ferendam de eâ conclusionem cui opponeve se potuit Dn. Martin; mentem unam et vocem fuisse omnibus Deputatis compulendi sui Ordinis; unde unanimi provisis est quod addictus in predictâ narratione, et sic eâ intercessione rei in suspenso remanste

At sapientissimus jurisconsultus Decanus, Ornatissimi Gallia, picardia, Normannia, et Germania procuratores vehementer singuli — plaudisse suo Ordini, ne se foveo fautores, pacis et concordiæ causâ, concedi M°. Girault quadringentarum libellarum annui vectigâs ex erario academico depromendam, dummodò idem M°. Girault scribæ munus deponat, ac deindè ab ejus pensionis jure decedat, si deinceps aliud quodcumque munus in academiâ perpetuum suscipiat gerendum. extant Nationum conclusiones.

Extractum ex Commentariis honoranda Nationis.

Anno Dni 1785, die Novembris decimâ Gallica sunt comicia honor. ordinis extraordinaria, per schedulas, de more, convocato in quibus Ornatissimus — procurator M. Bobin vocuit, audito consule, ab ornatissimo procuratore — dimissa tribus ad deliberandum, et reverso per suos Decanos pro Decanos ve MM. Roquelve, Reydelet, Guyard, Lambert et Malbot, declaravere se

1°. si finirè et vetè velit M. Girault cedere juri quod sibi vindicat in hac curiâ coadjutoribus scribæ munus cum spe futuræ successionis, et ante omnia scripto sua populata evadat Ornatissimo procuratori facultatem fuere concedendi M°. Girault pensionem octingentarum librarum quarum quadringenta erunt solvenda à fidelissimo scribâ non eligendo, et ejus — successoribus per totum vitæ curriculum M. Girault, et quadringenta ex Doctribus Universitatis etiam per ejusdem vitæ curriculum.

2°. Nominave MM. Guyard et Rédon qui cum Ornatissimo — procuratore adeant amplissimum rectorem ad vocandum cum ac convocet quamprimùm tribunal [illegible] arcium facultatis ad audiendum ab æquissimo censore deliberationes cleri Gallicani conovâ jus quadraginta. et ità concluserit Ornatissimus procurator, Obtemp.

Extractum è Commentariis fidelissimæ Nationis

Die jovis decimâ mensis Novembris, horâ pesqui decimâ matutinâ, missâ prodiè per appariteres schedulis Gallica sunt extraordinaria in schola fidelissimæ Nationis comicia in quibus exposuit procurator Vir Cl. Mus Girault ab omni jure civè officium scribæ deferebatur, si concederetur illi pensio quadringentarum librarum ex vectigalibus Universitatis, audito Gallo de ve æquissimo Censore, collectis que omnium suffragiis, placuit fidelissimi Ordini, concordiæ causâ, dictam pensionem quadringentarum librarum M°. Girault concedi, eâ conditione ne si quid juris habeat ad prædictum officium, ab eo desistat, et, si deinceps ad aliud Universitatis officium promoveatur, ipso facto dictâ pensione excidat. Ebitâ fuit à me conclusum

Banquet fid. Nat. proc.

Extractum è Commentariis venerandæ Nationis

Die jovis decimâ Novembris comicia venerandæ Nationis Gallica sunt

a procuratore per schedulam vicè convocato, in quibus ego procurator cùm exposissem quid acturus esset circà negotium Mi. Givault de Koudou, postulavi an placeret ne exoxalis amicè componeretur, dicto Mo. Givault annuam, quandiù vixit, pensionem quadringentarum libellarum solvi ex ærario universitatis. Audito Consule, rogatis dictis que sententiis, longè plurimi censuerunt 1o. salvis Nationum juribus inivi posse propositam licti finiendæ viam. 2o. concordiæ causâ, dictam pensionem ex ærario universitatis deponi, si Mus. Givault desistat ab omni jure quod habere in subsidium videtur, ea sic à me procuratore concluserunt est Cerisier v.o. proc.

Extractum è commentariis Constantissimæ Nationis

Die duodecimâ mensis Novembris an. 1765 publica fuit Constantissimæ Germanorum Nationis vicè convocata comitia in quibus deliberatum est de propositâ à Mo. Givault compositione litis quæ universitatem inter et ipsum eundem Mum Givault civà scribæ munus pendet apud supremum senatum, cujus compositionis hæc sit conditio ut sibi assignetur ex universitatis ærario annuatim pendenda ad vitæ tempus quadringentarum libellarum pensio. Audito designato Consule, auditis quæ pariter omnium sententiis, Constantissima Nationis patris ergo et concordiæ causâ, placuit admitti hanc litis compositionem, probatâ conditione, scilicet ne facta et firmatâ litis compositione, ex universitatis ærario annuatim Mo. Givault pendatur ad vitæ tempus quadringentarum libellarum pensio; placuit quoque pensionem eorumdem quadringentarum libellarum eidem Mo. Givault annuatim ad vitæ tempus pendendam à novo juribus eligendo et ab ejus successoribus. Et ità concluserunt est à constantissimo Nationis procur.

Monlabolon-t.

Ampl. Rector vocatur ut conclusionem emittere differat.

Cùm amplissimus Rector, more solito, ex maximo suffragiorum numero conclusionem emittere inciperet, cum omnes et singuli Universitatis Deputati eòdem atque eòdem vocaverunt ne sepersedere vellet, spem sibi faciens fore ut consultissimo facultas ad votum communis pacis et concordiæ amedat. Rogatus que à Tribunali Academico consultissimus juvium Decanus Dus Boulard ne vellet ioeùm et quamprimùm suam facultatem convocare; et exponere omnia litium inter vivos Academicos incommoda; nec dubium esse quin consultissima facultas de communi Tribunalis academici voto certiòr facta, et ipsa à suâ inveterata in ferendis ioeùm suffragiis absisteat.

Tribunalis academici voto libens ac volens annuit consultissimus juvium decanus, pacis inter alios amantissimus, pollicitus que se se propediem suam facultatem convocaturum operamque omnem suam positurum ne sua facultas de suâ inveterata sibat.

Amplissimus Rector dilationem ferendæ conclusionis in sequentem

noluit, postulavit que ut de eâ dilatione audiretur meritissimus syndicus.

Itaque auditus est Mr. Camillus Camyer syndicus, qui dixit Dilationem conclusionis ferendæ ex pluralitate suffragiorum, rogatis dictis que sententiis, rem esse novam et prorsùs inauditam; sacras esse à Majoribus institutas leges ac religiosè retinendas; vix ac ne vix quidem ab iis recedendum, nisi res gravissimi momenti inciderit, incidere autem in hodiernis comitiis rem ejusmodi; hanc conclusionis ferendæ dilationem esse consultissimæ facultati perhonorificam et ad pacem et concordiam perutilem; censere igitur, iis de causis, amplissimum Rectorem posse à ferendâ sententiâ abstinere, aut potius supersedere, rogante Tribunali academico.

Quod ut faceret amplissimus Rector omnes et singuli Deputati iteratis precibus obtinuerunt.

Itaque dixit amplissimus Rector: licet legibus et usu, ex pluralitate suffragiorum conclusionem ferre adstrictus sim, precibus tamen Tribunalis academici concedo et conclusione ferendâ supersedeo usque ad diem mercurii proximam ad quam prorogantur hæc comitia. /. Comitia prorogantur ad diem

Daragon pro scrib.

Câ ipsâ die Mercurii septimâ ejusdem mensis, horâ post meridiem quintâ habita sunt extraordinaria Deputatorum Universitatis comitia, in ædibus academicis collegii Ludovici magni } Dec

1°. Lecta et recognita sunt quæ acta fuerunt in superiore Tribunali.

2°. Quæsivit amplissimus Rector à Consultissimo jurium Decano quid tandem sperandum esset à Consultissimâ facultate?

Dixit Consultissimus jurium Decanus Consultissimæ facultatis votum Die lunæ hujus mensis quintâ convocatæ, voto Tribunalis academici minus esse consentaneum; perseverare scilicet suam facultatem in suâ intercessione, quod ipse tàm ægrè tulerat ut à dicendâ suâ sententia abstinuerit; ut videre est ex conclusionis tenore: jurium facult. intercedit v. p. 63

Excerptum è commentariis jurium facultatis

Die quintâ Decembris anni 1785 convocata est jurium facultas et deliberandum proposuit Consultissimus Decanus 1°. an derogandum sit Conclusioni latæ die primâ Decembris. 2°. an expediat obsequi votis Deputatorum Universitatis, vel priori sententiæ adhærere?

Re in deliberationem missâ, rogatis dictis que sententiis, cùm agnovissent omnes per errorem contigisse ut recta minùs consultissimæ facultati eorum quæ gesta sunt fides fieret à consultissimo Decano qui his comitiis non interfuerat, sic que probata fuerint quasi publicè tractata quæ privatis in colloquiis fortè et seorsim habita sunt, et aliundè ipse

professus est Consultissimus Antecessor et primicerius D. Martin se non intercessisse quidem creandæ pensioni, at omni deliberationi eâ de re sumendæ priusquàm consulerentur Ordines, censuêre hâc in parte mutandam esse Conclusionem latam die primâ Decembris, ut sua rebus gestis fides restituatur; sed cùm nullum indè præjudicium factum sit Conclusioni facultatis de rejiciendâ pensione opinioni, imò salva maneant et integra momenta omnia quibus inducta assensum suum probare recusavit, quod scilicet æquum non videretur quæsito pacis restituendæ colore minui commune patrimonium, cujus integritati invigilare debeant omnes Ordines, ei que concedi pensionem qui nullum Universitati in Officio scribæ præstitisset Officium, esset que aliundè abundantibus ejus opibus auctus et ditatus, quod pessimi foret exempli sic fieret venalis Concordia; ex majori suffragiorum numero placuit nihil de prædictæ Conclusionis super eo articulo vi et robore detrahi; imò potiùs eam de novo asseri et confirmari; id itaque in mandatis dari Consultissimo Decano ut viis omnibus ac modis legitimis intercedat quominùs ulla pensio ex ærario Universitatis Dno Girault, ut ad spontaneam renuntiationem inducatur, sit eroganda; et postquàm super his conclusum est à Consultissimo Decano, qui tamen ipse à ferendo hâc in re suffragio abstinuit, soluta sunt comitia. /.

Quibus lectis, et collaudato jurium facultatis consultissimo Decano, pro suo pacis et concordiæ studio, vehementer doluit Tribunal academicum consultissimam facultatem, nedùm ejus votis accederet, tàm longè ab initio pacis conditionibus recedere; at imprimis ægerrimè tulerunt omnes Universitatis Deputati quod consultissima facultas, dùm timere videtur ne pax pretio revocata sit res pessimi exempli, et sic fiat venalis concordia, verbis parùm consultis, nec procul ab injuriâ remotis quasi castigare intendat sapientissimum Deputatorum universitatis Consilium. itaque de ejusmodi Conclusionibus, pro tempore et loco, deliberandum sibi proposuit tribunal academicum.

Nihilominùs, audito Mo. Camillo Camyer, syndico, rogatis dictis que sententiis, ex longè majori suffragiorum pluralitate conclusit amplissimus Rector solvendam esse, pacis et Concordiæ causâ, Mo. Girault pensionem quadringentarum libellarum annuam ex ærario academico, eâ lege ut idem Mr. Girault se à scribæ munere abdicet, et tamdiù solvendam illi esse prædictam pensionem quamdiù aliud quodcumque munus in academiâ perpetuum non obtineret. /.

Mo. Girault pensio 400tt assignatur

Deindè mandavit Tribunal academicum meritissimo syndico Mo. Camillo Camyer, ut, pro suo officio, præsentem deliberationem offerri curaret supremæ Curiæ illius auctoritate confirmandam, /.

et sic soluta sunt comitia. /. Delneu Rector

Anno Dni 1745, die septima Decembris, hovâ decimâ matutinâ, amplissimus Rector et praclara avium facultas inceptûeve secundùm consuetudinem solemni sacro de spiritu sancto, apud praedicatores.

Trib. Univ. 12. Xbr. M. Davazon eligitur in scribam Universitatis vi suprà

Anno Dni 1745 die duodecimâ Decembris, hovâ post meridiem tertiâ habita sunt in aedibus academicis collegii ludovici magni extraordinaria deputatorum Universitatis comitia, pridiè per cedulas ab amplissimo Rectore convocata in quibus nominandus erat scriba Universitatis.

Sed antequàm ad eam electionem procederetur actum est de re pertinente ad virum clarissimum Mre Angot secretarium in cancellaria parisiensi Notarium, cujus vel hac summa est. anno 1762 vir honestus Dubuisson emit domum vulgò dictam Gôcel de face in dominio universitatis sitam; cujus emptionis contractus confectus est apud Mres Angot die vigesimâ quartâ mensis Aprilis; sed ejusdem diei hovis pomeridianis idem Dubuisson scripto declaravit coram Mo. le Boeuf de le Bret Notario, se non sibi, sed Mo. Angot hanc domum emisse; quae quidem declaratio solito Mi. le Boeuf signographo munita et brevioris, ut aiunt, hovnâ contracta fuit. Consuetas obventiones vicè pensionis solvere tenetur Universitati ab eodem Dubuisson qui per viginti annos apud universitatem pacem et possessorio pacifici, seu cùm anno 1744 novum clericale instrumentum apud Universitatis Notarium suo nomine deposuit, seu cùm quinquennium singulis annis pensionis proprio etiam nomine exsumpsit. At morbus Dubuisson, anno felicet 1752, effecit M. Angot probitatem se verum hujus aedium Domus emptorem et possessorem semper fuisse sub alieno viri honesti Dubuisson nomine, postulat que nunc titulo vendendi in codicem academicum. Quod priusquàm obtineat, exigitur ab ipso tanquàm à novo possessore, consuetas obventiones. Decreto de sententiam vocati sunt forenses Universitatis patroni in Comitiis Deputatorum Universitatis die secundâ julii anni 1745 habitis et ex patronorum sententiâ placuit placuit Tribunali academico consuetas obventiones exigi à Mo. Angot, tanquam a novo possessore. At idem ipse M. Angot vem transigi cupiens, loco consuetarum obventionum summam libellarum trium millium nunc offert Universitati. De hac propositione, audito Mo. Camillo Camper syndico, vocatis dictis que sententiis, Placuit Tribunali Academico vem ità componi ut M. Angot pro consuetis obventionibus libellas quinquies mille ea tempore et unâ pecunia numeratione persolvat

Atque ità concluxit amplissimus Rector. / Delmen / Dellot

Reg M. Angot v. f. 90 f. v°. et p. 63

2°. Vem ad munus scribae pertinentem missi in deliberationem amplissimus Rector, et statim M. Marquerius Georgius Girault de Koudou scriba discessit à comitiis.

Quo digresso mandavit amplissimus Rector Mo. Davazon ut ex tempore scribae vices ageret. /.

Tum dixit amplissimus Rector Conclusionem Tribunalis academici latam die septimâ Decembris fuisse auctoritate superiori forensi confirmatam die nonâ ejusdem mensis; cùm verò in eadem conclusione non nihil reperiatur variationis nimis vagâ dictum, jubet pensionem ac Universitatis debitis esse persolvendam Mo. Girault donec ad aliud quodcumque munus in academiâ perpetuum pervenerit, sine ullâ muneris appellatione aut

determinatione, fuisse tamen in mente et suffragio omnium Deputatorum ut idem M. Girault prædictâ pensione annuâ frueretur donec ad unum ex tribus majoribus Officiis universitatis, scilicet syndici, scribæ vel Quæstoris perveniret, æquum sibi videri à Tribunali academico his in comitiis, ut anteà censuerunt Deputati, iterùm declarari velle se eamdem persolvi pensionem nisi eumdem M. Girault de Koudou ad munus vel syndici, vel scribæ, vel Quæstoris ejusdem universitatis evehere placuerit Tribunali academico.

His dictis, audito Mo Camillo Camyer syndico, rogatis dictisque sententiis, placuit prædictam pensionem annuam quadringentarum libellarum eidem Mo. Girault persolvi ex ærario Universitatis donec ad munus vel syndici, vel scribæ, vel quæstoris ejusdem universitatis fuerit à Tribunali acad. evectus./.

et sic conclusit amplissimus Rector./.

Deinde lectum est decretum supremæ Curiæ, die nonâ ejusdem mensis Decembris emissum quo supremus senatus suâ autoritate comprobat, munit ac confirmat Concessionem factam à Tribunali academico die septimâ ejusd. mensis, annuæ pensionis quadringentarum libellarum Mo. Girault ex ærario academico persolvendæ. Quæ quidem confirmatio seu homologatio facta est non obstante qualibet intercessione. Hujus tenor sequitur, ac 1o. libellus supplex in eam rem adornatus à meritissimo syndico.

A Nosseigneurs du parlement en la Grand-Chambre

Supplient humblement les Recteur, Doyens, procureurs et suppôts de l'Université de paris

Disants qu'en 1774 une contestation s'etant elevée dans le sein de l'Université, au sujet d'une nomination faite par le Tribunal de lad.te Université, de la personne du Sr. Girault en qualité de survivancier du Greffier de l'Université: La Cour par arrêt du 28 Aoust même année, ordonna par provision que ledit Me. Girault feroit les fonctions de Greffier en cas d'absence maladie ou empechement du Greffier de l'Université seulement, et renvoya les parties à l'audience sur le fonds, qui étoit la survivance; cet arret provisoire a été fidelement et paisiblement éxécuté; Mais Me. fourneau Greffier de l'Université étant décédé le 27 octobre dernier, l'instance au fond étoit sur le point d'etre reprise avec eclat, lorsque l'assemblée du Tribunal de l'Université du 3. 9bre dernier, le syndic de la faculté de Theologie faisant les fonctions de Doyen de ladite faculté, et muni des pleins pouvoirs dud. Me. Girault pour terminer à l'amiable cette affaire, proposa l'expedient d'accorder à Me. Girault une modique pension viagére de 400tt. assise sur les revenus de l'Université, dont au surplus il cesseroit de jouir, si jamais il etoit pourvû de quelque Office perpetuel de l'université; moyennant que led. Me. Girault donneroit sa renonciation pure et simple aux prétentions qu'il a sur l'office de Greffier dont le feu Me. fourneau etoit titulaire. cette proposition dictée par l'amour de la paix, ayant été, suivant les formes academiques, envoyée par le Tribunal aux sept Compagnies qui composent l'Université, pour leur avis être ensuite rapporté audit Tribunal, six de ces compagnies —

academiques, scavoir la faculté de Theologie, celle de Medecine, la Nation de france, celle de picardie, celle de Normandie, et celle d'Allemagne se sont empressées par des deliberations expresses d'adopter pour le bien de la paix, ce projet d'accommodement. La seule faculté des Droits par une deliberation qu'elle a prise à la pluralité de cinq voix contre quatre, s'oppose à un projet aussi raisonnable. toutes ces deliberations ayant été rapportées par les Doyens et procureurs dans les assemblées du Tribunal tenues le 3 et le 7 du présent mois de Decembre, l'opposition de la seule faculté des Droits n'a pas empeché M. le Recteur de conclurre, comme les formes l'exigeoient, pour l'avis de la très grande pluralité, de sorte que cette conclusion est incontestablement le voeu du corps de l'Université et l'expression de son consentement à l'etablissement d'une pension viagére de 400^tt. sur les revenus de l'Université, dont M. Girault puisse jouir tant qu'il ne sera revêtu d'aucun office perpetuel dans l'Université, pourvû qu'il renonce à ses prétentions actuelles sur l'office de greffier; Mais l'opposition de la faculté des Droits, quoiqu'elle n'ait pas été signifiée juridiquement, laisse toujours un louche sur cette transaction, et il pourroit arriver qu'à la faveur de cette opposition, Me. Girault, après avoir donné sa renunciation, fut troublé dans la possession et jouissance de la pension dont il s'agit. Le Tribunal l'a senti, et pour lui procurer, comme il est juste, les sûretés convenables, il a d'abord employé la voye de la Negociation auprès de la faculté des Droits, pour tacher de la ramener à l'avis commun, en quoi il a été parfaitement secondé par le Zéle de M. Bouchaud Doyen actuel de cette faculté. ces demarches pacifiques ayant été infructueuses, le Tribunal croit ne pouvoir mieux faire que de recourir à l'autorité de la cour pour applanir une difficulté qui n'est suscitée que par une seule compagnie, et qui peut avoir des suites graves, et il se détermine à ce parti avec d'autant plus de confiance que la cour a toujours accueilli favorablement toutes les opérations de l'Université tendantes à l'entretien de la paix dans son sein, et à l'extinction des procès dont la poursuite ne peut que detourner les Maitres de leurs fonctions, au préjudice du service public de l'instruction.

Ce considéré, Nosseigneurs, il vous plaise homologuer la conclusion du Tribunal de l'Université des 3 et 7 du présent mois de Decembre jointe à la présente Requête; ce faisant, ordonner que la transaction sur procès qu'elle contient, sera éxécutée nonobstant opposition quelconque; et vous ferez bien./.

Louis par la grace de dieu Roi de france et de Navarre, au premier huissier de notre cour de parlement ou autre notre huissier ou sergent sur ce requis scavoir faisons que vû par notre dite cour la requête presentée par les Recteur, Doyens, procureurs et supposts de l'Université de paris a ce qu'il plaise a notre dite cour homologuer la conclusion du Tribunal de l'Université de paris des 3 et 7 du présent mois de decembre jointe à la presente requête, en consequence ordonner que la transaction sur procès qu'elle contient, sera executée, nonobstant opposition quelconque; vû aussi ladite conclusion attachée à lad. requête, signée Basly procureur, ensuit la teneur de ladite conclusion

Extractum è commentariis Universitatis

Anno Dni 1785, die sabbati tertiâ mensis Decembris habita sunt in Aedibus academicis collegii Ludovici magni Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia in quibus

1°. Nominatus est M. joannes Baptista Daragon qui scribae vices ageret

Dec

in præsenti deliberatione

2°. Dixit amplissimus Rector auditum fuisse in superioribus comitiis die 6. 9bris habitis sapientissimum juris facultatis prodecanum et syndicum, qui cum ipsacum fuisset à M°. Girault ad componendas, pro suo arbitrio, lites de scriba muneris oras, viam aperuit facilem, ne vi ipsi, vel concordibus animis conficienda; nempè si M°. Girault summam quadringentarum libellarum annui vectigalis ex erario academico solvenda depromeruerit, eâ lege ne M. Girault de scriba munere abdicaret, et si in posterum obtineret aliud quodcumque munus in academiâ perpetuum, hanc pensionem annuam fisco universitatis remitteret; paribus auditis fuisse eâ de re singulos universitatis Deputatos qui declarassent se non posse quidquam de eâ pensione à fisco universitatis deprimendâ, — incompertis suis Ordinibus, scilicet; tempus consultationibus non defuisse; postremo ipsaque de quâ super eâ re censuere singuli Ordines?

Deputatorum unusquisque ad quæsitum amplissimi Rectoris respondit, scilicet

Sapientissimus facultatis prodecanus et syndicus se pacem vel conficienda plenam et omnimodam fuisse sibi datam à suo Ordine, cui placet, pacis et concordiæ causâ, concedi M°. Girault summam quadringentarum libellarum annui vectigalis ex erario academico solvendam, eâ lege ut idem M. Girault se à scriba munere abdicet, imo et hanc pensionem annuam deponat, si quando ad officium quodcumque in academiâ perpetuum perveniat.

Consultissimus juris decanus legis conclusionem sua facultatis quâ ea facultas incesserit nulla pensio, prospexisse de tabulis universitatis vectigalibus, D°. Girault, in posterum spontaneæ renunciationi exegisse.

At sapientissimus celeberrimæ facultatis decanus, ornatissimus Galliæ procurator, ornatissimus picardiæ, ornatissimus Lotharingiæ et ornatissimus Germaniæ, singuli suorum Ordinum sententiam retulerunt; et eorum unusquisque se declarasse placuisse suo Ordini, ut et sacra facultati, pacis et concordiæ causâ, concedi M°. Girault summam quadringentarum libellarum annui vectigalis ex erario academico deprimendam, dummodo idem M. Girault scriba munus deponat, et ab ejus pensionis jure decedat, si deinceps aliud in academiâ quodcumque munus perpetuum suscipiat exercendum.

Cum amplissimus Rector, more solito, ex maximo suffragiorum numero — conclusionem emisisse pateret, cum omnes et singuli universitatis Deputati etiam atque etiam rogassent ne superstadet vellet, spem sibi faciens sese et consultissimam facultatem ad rerum communem pacis restituendæ accedat.

Rogatus itaque enixè ab a tribunali academico consultissimus juris decanus, ne vellet iterum et etiam primum consultissimam facultatem convocare, ei exponens omnia fieri inter vivos academicos incommoda; nec dubium esse quin consultissima facultas de communi tribunalis academici voto cederet sua, et ipsa à suâ intercessione in posterum suffragiis abstineat.

Tribunalis academici voto libens annuit consultissimus juris decanus, pacis inter alios amantissimus, pollicitus quæ est se postridie diem consultissimam facultatem convocaturum, operam quæ omnem suam positurum ut consultissima facultas de suâ intercessione stet.

Amplissimus Rector dilationem ferendæ conclusionis in posterum noluit, postulavit que ut de eâ dilatione audiretur meritissimus syndicus.

Nobles et scientifiques personnes, priez Dieu pour l'ame de très haut et puissant prince, Monseigneur Louis philippe D'Orléans, premier prince du sang, pair de france, duc D'Orléans, de Valois, de Chartres et de Nemours:

ibi Campanulæ dederunt. et iterùm

priez Dieu pour l'ame (ut supra) . . . . Décédé à Ste. Assise le 18. Nov. dernier;

Pour le repos de laquelle sera celebré un service solemnel le 17 du présent mois, en l'eglise Metropolitaine de cette ville; la veille se diront les vêpres et les vigiles des Morts; priez dieu pour son ame

Et rursùs præcones, iteratis vicibus, campanulas pulsavêre.

Deindè Rituum Magister dixit: le service se fera mardi 17 de ce mois à Notre dame, à 10 heures. Cui reposuit amplissimus Rector: L'Université toujours empressée d'obeir aux Ordres du Roi, se fera un devoir de se rendre à N. Dame au jour et à l'heure indiqués.

Posteà Rituum Magister, salutato Tribunali academico, salutatis proceribus academicis, recessit cum comitatu; recedentem, iidem, honoris causâ, prosecuti sunt qui venienti obviam ierant.

Quo digresso, amplissimus Rector et Deputati Universitatis aulam Tribunalis academici repetierunt.

Notatum autem à Tribunali academico ex honorificis verbis quibus in litterarum superscriptione Universitatem suam compellat Rex optimus, elapsum esse unum scilicet ainée post appellationem fille; Universitatem verò parisiensem vel à remotissimis temporibus duplici honoris titulo ipsi carissimo, nempè primogenitæ et filiæ, gaudere; pollicitus est amplissimus Rector operam se daturum apud rerum parisiensium atque adeò academicarum administrum, ut titulus ainée restituatur ei superscriptioni, neve unquàm hujusmodi omissione quasi capite diminutam se sentiat primogenita Regum filia Universitas parisiensis. /.

Placuit hæc in commentariis Universitatis describi; atque ita conclusit amplissimus Rector. /. Davagon scr.

Anno Dni 1786, die decimâ quartâ mensis februarii, horâ decimâ matutinâ, in veteres Medicinæ scholas convenerunt amplissimus Rector, Decani, procuratores cum adjunctis, officiari majores, cum apparitoribus et cursore academico, ut indè se conferrent ad Ædem Metropolitanam B. Mariæ exequiis serenissimi Aurelianensium ducis interfuturi; sed antequàm discederent habita sunt in aulâ superiore earumdem scholarum, deputatorum Universitatis comitia. 14 febr. Trib. acad. interest exequiis S. Aurel. ducis

Ibi supplicavit pro litteris Nominationis jure Baccalaureatus in utroque jure et Quinquennii Carolus Guillelmus Quenault, presbyter Constantiensis; de quo retulit M. Camillus Camyer syndicus, ac dixit se vidisse tùm ejus litteras Baccalaureatûs, tùm professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat quinquennium academicum fuisse ab eo ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito meritissimo syndico, placuit suum præfato supplici postulatum concedi. /. atque ità conclusit amplissimus Rector. /. Delneu Rector

Martio

Deindè, horâ undecimâ, majoribus quisque induti insignibus processerunt, solito ordine, ad ædem B. Mariæ; sederunt que, pro more antiquo, in dextro latere post Curiam parlamenti, ità ut amplissimus Rector occuparet sinistrum latus ultimi consiliarii; deindè Decani eo procuratores in majoribus subselliis; in minoribus, adjuncti et Majores Officiarii; in inferioribus, apparitores et Cursor academicus. Sacrum inchoatum est horâ diei mediâ, et absolutum horâ sesqui secundâ pomeridianâ.

Digressi deputati Universitatis cum adjunctis et majoribus Officiariis, præeunte saluberrimæ facultatis Decano, se contulerunt ad novas ejusdem facultatis ædes, viâ vulgò dictâ St. Jean de Beaucais, ubi liberali non minùs quàm eleganti et exquisito prandio, nomine saluberrimæ facultatis excepti sunt à Mo. Sallin ejusdem facultatis Decano, cum maximâ amoris ac necessitudinis significatione. /.

Daragon scr.

4 Martii Trib. acad.

Anno Dni 1786, die sabbati quartâ mensis Martii habita sunt in ædibus academicis collegii Ludovici magni Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia, in quibus primùm adfuit M. De Lattre jurium Decanus.

1°. supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM Joannes Cotillon, presbyter Matisconensis, et Joannes Baptista Lallemand, clericus Bisuntinensis cooptatus in Diœcesim Aquensem; de quibus retulit M. Camillus Camyer syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari;

Supplex per procurat. v. p. 70

Deindè idem meritissimus syndicus retulit de Mo. Carolo Constantino Josepho Noël, absente, ac postulante à Tribunali academico ut sibi liceat per procuratorem supplicare pro litteris Nominationis, eò quod, cùm unicus sit Episcopi et Diœcesis Audomarensis amanuensis, ut scripto testatur Vicarius Generalis Diœcesis Audomarensis, non possit officium vel ad breve tempus deserere, et sic coràm Tribunali academico præsentem se sistere; litteras à Vicario generali Diœcesis Audomarensis testimoniales Episcopi sigillo munitas protulit meritissimus syndicus, dixit que causam præfati Mi. Noël legitimam sibi videri, nec deesse talis per procuratorem supplicationis exempla, quamvis rarissima; nihil itaque morari quominùs suum præfato Mo. Noel postulatum concedatur, ità tamen ut res non trahat ad consequentias. Audito meritissimo syndico, placuit Tribunali academico sua supplicibus postulata concedi, ità tamen ut copia supplicandi per procuratorem facta Mo. Noël non trahat ad consequentiam. /.

2°. accessit ad Tribunal academicum M. Joannes Baptista Boucheseiche, Lingonensis, Magister in artibus, et petiit licentiam aperiendi pædagogii hâc in urbe sub nomine et clientelâ Universitatis. Audito Mo. Camillo Camyer syndico, nominati sunt qui de supplicis vitâ, moribus et peritiâ inquirant MM. Cerisier et Monchablon procuratores, Normanniæ alter, alter Germaniæ, et ad Tribunal academicum referant. /.

Hotel de l'Univ. Location v. p. 66

3°. Quod dixit amplissimus Rector illustrissimos viros ac comites DD.

De Maulevrier et Crillon populave ne ædes universitatis in suburbio Sangermano-pratensi, vulgò hôtel de l'université, certis, quas eorum unusquisque proponit, conditionibus, sibi elocentur ad vitam: Lectis iis conditionibus, audito M°. Camillo Camyer syndico, Visum est Tribunali academico eas ædes illustrissimis viris et comitibus locari posse ad vitam: nempè D°. De Maulevrier, si prave velit sequentibus, quas si Tribunal academicum proponit, conditionibus.

1°. ut pretium conductionis seu emptionis ad vitam sit 12000ᵗ. per singulos conductionis annos. 2°. ut pactum illius pretii, sive contractus emptionis ad vitam vigeat ab ipsâ die primâ mensis julii hujus anni 1766. 3°. ut specula (gallicè glaces) quæcumque singula proposuit ad eorum ædium ornamentum, se, nec hæredes ablaturos aut repetituros, sed ea tanquàm universitatis propria velierum ibi spondent. 4°. ut elapsis, ab initio conductionis computatis, decem annis, unâ pecunia numeratione solvat Universitati summam 10000ᵗ. et exacto conductionis termino, si hæredes post ejus obitum, eidem Universitati pavem summam 10000ᵗ. observabuntur.

Quod spectat ad illustriss.ᵐ comitem D. de Crillon, qui se cupidum earumdem ædium ad vitam conducendarum professus, Visum est Tribunali academico cum eo transigi et confici his conditionibus. 1°. ut pretium conductionis sive emptionis ad vitam sit 12000ᵗ. in singulos conductionis annos. 2°. ut ipsâ initi contractûs die unâ pecunia numeratione solvat Universitati summam 20000ᵗ. 3°. ut pactum sive contractus conductionis ad vitam vigere incipiat ab ipsâ die primâ mensis julii proximè imminentis.

Deindè mandavit Tribunal academicum meritissimo syndico ut brevem earum ædium descriptionem, et ipsas ædes locandas vepeveri curet in minoribus diariis gallicè petites affiches.

4°. Accessit ad Tribunal academicum Universitatis consiliarius forensis et patronus M. de Bonnieres libellum brevem memorialem à se confectum ex voto et consilio patronorum quos Deputati Universitatis compulserant de decreto à supremâ curiâ lato die 18 junii 1765 super testamento Caroli Bouguet. quo quidem libello pluribus et certis argumentis asserunt ad obtinendam licet dijudicatæ novam dijectationem, patere Universitati duplicem viam, alteram libelli ad supremum senatum obsequentissimi gall. requête civile, alteram brevia, ut aiunt, intercessionis à procuratore catholico impetrandæ.

De lecto, laudato et approbato, habitis que amplissimis gratijs M°. de Bonnieres, Dictum fuit eum libellum subscribendum esse à patronis Universitatis forensibus, et iis quorum consilio eâ in re usa erat Universitas; Deinde, quia Universitati honestior et tutior videtur petitio intercessionis via, observandum esse quamprimùm procuratori catholico, cum que eximè vigilandum ut velit rem ad Universitatis laudem et institutionis publicæ bonum maximè accommodatam in se suscipere.

De eodem libello typis mandando, Dictum fuit supersedendum esse donec quid placuerit procuratori catholico vesciat Tribunal academicum. /.

5°. Quod dixit amplissimus Rector bonarum quendam ex gâe urbe civem, qui de suo nomine filiæ cupit, sibi scripto et interpositâ personâ exposuisse que teneatur desiderio præmii vivencis instituendi in Universitate gâe pavimenti, et ejus rei causâ, summa 12000 libellarum eidem Universitati concedendæ, eâ lege ut quod ex eâ summâ annui reditûs provenirent, in eadem Numismata cuivis impendatur; quo quidem Numismate publicè et in publicâ promiorum

De legato Cav. Bouguet p. 46. p. 75. V°. fol.

De præmio virtutis p. 72

academicorum distributione insigniatur discipulus academicus, qui attingat ad minimum aetatis suae annum decimum quartum, qui que insigne aliquod virtutis egregiae facinus per anni decursum ediderit, ità ut non assumatur discipulus ille unus ex omnibus collegiis, sed ex uno collegio singulis annis unus, judicibus ejus collegii Gymnasiarchâ et professoribus, sic que decem Universitatis collegia per decem annos, unum post aliud, eo, quem voluerit amplissimus Rector ordine, illo jure gaudeant: petere insuper eumdem honestum civem ut insignis illius facinoris nuda simplex que et brevis narratio recitetur in eâdem publicâ praemiorum academicorum distributione, deindè typis mandetur, et offeratur, si priùs copiam offerendi fecerit Rex optimus serenissimis tùm Delphino, tùm Normanniae duci. posteà legi jussit amplissimus Rector scriptum quo rem et rei leges declarat honestus ille civis. eo lecto, postularit amplissimus Rector ut de eo praemio audiretur meritissimus syndicus.

Qui dixit rem portentosam sibi videri praemium virtuti publicum affigi et decerni in morum ac studiorum parente academiâ; hominem in hac urbe reperiri tàm peregrinum qui nesciat leges et mores Universitatis, cujus suprema lex est ad virtutem juveniles animos informare, nec virtutem à litteris in educandâ juventute secernere, undè juvenes reperias vix unquàm à virtute aberrasse qui toto pectore litteris incumbunt; eam demùm esse virtutem quae sibi sola praemium est, nec pretio accersitur; caetera vana esse ac ridicula virtutis simulacra procùl à collegiis nostris removenda. Verùm, admittatur venalis virtus, quid tandem juvenis intrà collegii septa inclusus edere potest in exercendâ virtute miraculi? aut quis scolasticos inter et extrà et intrà collegia habitantes sedebit judex? imò quis inter contubernales ejusdem collegii in quo multi sunt quorum nomen ne quidem audiverint professores illius virtutis futuri judices? itaque, quantacumque virtuti reverentia debeatur, rejiciendum omninò sibi videri praemium illud virtuti in academiâ parisiensi consecrandum./.

Audito meritissimo syndico, rogatis que sententiis universitatis Deputati sic censuerunt:

Sapientissimus quidem sacrae facultatis prodecanus, mirum sibi fore si forte, dùm omnes omnium aetatum Nationes, et omnes apud eas civium Ordines, praemiâ virtuti posuerunt et nostrâ etiàm aetate ponant, publici institutores, quibus virtutis studium accendere et alere incumbit, suum singulari cuidam virtuti singulare praemium esse nolint, quod incitamentum sit, non ~~praemium merces~~ virtutis; non deesse inter juvenes egregia virtutis alicujus specimina, quae neglecta non sentiuntur, remunerata clarescent, ac proindè facilè judicabuntur. itaque recipiendum et gratissimo animo amplectendum honesti civis de praemio virtutis in academiâ parisiensi instituendo propositum.

Sapientissimus jurium Decanus in eamdem sententiam, iisdem de causis, ire se dixit, indecorum que fore Universitati à proposito tàm laudabili recedere.

Sapientissimus saluberrimae facultatis Decanus admonuit propositi autorem praemium illud destinatum velle singulis collegiis, judices que de praemio Gymnasiarchas et professores, ac proindè rem ad facultatem artium

pervineve, non ad Tribunal Academicum: proveniè totam eam disceptationem indigere provisâ et legitimâ viventis definitione, cùm varia sit vivendi acceptio pro variâ personarum conditione; soli autori competere vivacem, quam præmio donat, definire; Nihilominùs tamen utilitatis aliquid ex eâ institutione percipi posse, si toto ventat in ejus scholastici forensium qui privos inter condiscipulos scholasticas assidue per annum labore temeritas, sin minùs, veficiendum esse ejusmodi præmium.

Ornatissimus Gallia procurator, non rempandum quod à destinato fine ad alium lapso tempore ex majori experientiâ averti possit.

Ornatissimus picardia procurator, aut omninò veficiendum, aut si veripiatur, facinus declarandum autori quo sensu, quo fine veripiatur; posse autorem se adduci ut non semper præmium illud viventibus, quæ scholasticum maximè commendant, et laboris indefessè tolerato adscribere.

Ornatissimus Normannia procurator, veripiendum esse, nec probandum tamen foret ne vel ex autoris animo et sententiâ fluendat; rem esse praxi prorsus operosam ac difficilem, forsan inutilem, imò periculosam, si casu in præceps vienti consilio, si forensico fautori, si idiota, si minùs laudato et laudando Discipulo concedatur.

Ornatissimus Germania procurator, rem sibi videri maximi alterà quàm quod credibile est, momenti; multa inesse, sive veficiamus, sive etiam veripiamus, ex eo proposito incommoda; quin etiam, ex ipsis, quibus ab autore involvitur nodis ac difficultatibus impedicus, subiri sibi nonnihil dubii utrùm ipse serio velit rem confici, an Universitatem ex re infectâ in diem adduci; multos etenim esse Academiæ nostræ observatores qui non quasi à speculâ observant, maledicant, si propositum Viventi, quam ipsi parùm curant, præmium neglexerimus; multos inviros qui religionem nostram, non religione, sed malevolentiâ insectabuntur; multos etiam bene vivos, probos quidem, sed inimicos rerum abimatores, aut sagacinis nostri imperitos, à quibus minùs commodè audiamus: veripiendum igitur esse præmium illud viventis; quidquid indè oriretur impedimenti, tempus, usum, consilium aliquod, forsan et ipsum autorem, si bonâ fide sit, expediremus: de cætero, Universitatem habituram esse maximam, quam posset, voluntatis variationem.

Dictis suffragiis, placuit Tribunali academico, ex pluralitate suffragiorum, propositum ab honesto civa vivendi in academiâ parisiensi præmium amplexi, quamvis nexus, novas ac difficultates pluvimas vel secum in praxim importare videretur./.

6°. Tribunal academicum ex animo gratias egit Mo. Gallin subibertino facultatis Decano quòd Universitatis Deputatos ab exequiis Aurelianensium ducis vedemmes liberali non minùs quàm exquisito prandio, sua facultatis nomine excepisset, et ipse singulari amoris in Academicum matrem significatione epulas condivisset./.

7°. indicta est dies venatis decima septima hujus mensis ad supplicationes Universitatis generales vicà pavagendas in Ædes deas fluviâ sub invocatione sancti Medardi in suburbio sancti Marcelli./.

Ea sic superbis omnibus ab amplissimo Rectore Conclusum fuit./. Delrue Rector

Martio

14 Martii Comit. p. aut. fac. ad aper. Poculum

Anno Dñi 1746, die decimâ quartâ mensis Martii, horâ hypnimâ matutinâ, feriâ tertiâ secundæ hebdomadis quadragesimalis, Lutetiæ Pariis, in aulâ academicâ collegii Ludovici magni, comitia generalia Universitatis ad aperiendum Poculum, pro nova Majorum.

1°. Audito ac requirente Mo Camillo Carnyer syndico, placuit veteres antiquas consuetudines, atque adeò aperiri Nominationum poculum.

2°. Fecit fe unicus suppliex pro liberis Nominationis, sive Magisterii, Aurium ex quinquennii, M. Antonius Lescuyer, presbyter Nuegenensis, celeberrimus philosophiæ professor in Maravinas; de quo retulit M. Camillus Carnyer syndicus, ac dixit se didisse cum ejus litteras Magisterii, cum professorum, quos audivit, testimonia quibus constat legitimum studii tempus ab eo fuisse vitæ confectum, coram que instrumenta ad gradus suppliationem requisita, in quibus nihil desiderari; — Audito meritissimo syndico, placuit ejus probatis supplicis populata concedi.

Et sic concludit amplissimus Rector. L. Delsuc

Deindè ad aulam tribunalis academici itum est, ubi audita, expensa et approbata fuere rationes expensi et accepti à Mo Antonio Malcor, antiquo Rectore, et Bibliothecario Universitatis, per decursum anni 1745. Ex ejus computum est — Expensam esse à doctissimo Bibliothecario summam sopem et sexaginta libellarum, cum quinque assibus, supra illam quam accepit.

Demùm lectus et approbatus est indiculus librorum quos in annum proximum visum est esse emendos; idem que ab amplissimo Rectore subsignatus est.

atque ità concludit amplissimus Rector. L. Delsuc

De Habitatione Scribæ et Tabularii Loco p. 70 f. v°.

2°. Quod dixit fidelissimus scriba, se ex quo ad officium scribæ nominatus est, petiisse ab Administris Ludovicais, ex legibus de scribâ et tabulario Universitatis anno 1763 latis, 1°. ut mitterentur in plenam et liberam possessionem ejus partis ædium Ludovicearum quæ ipsi assignata fuit habitanda. 2°. ut suus tabulario Universitatis conjunctus cæcus, qui hic usque cavit, ac definitus locus, is que foret, ex litteris patentibus die 21. 9bris 1763 emissis, scribæ habitationi proximus et affinis. 3°. ut, quemadmodum anno 1763 et sequentibus, ad commodum rerum impensis Ludovicais — parata fuit et exornata ædes Majorum Universitatis officiariorum, sic, cùm primùm scriba et tabularium Universitatis exitant secessum à personâ et ædibus summi rei Ludovicæ præfecti, quidquid impensarum opus erit in illâ parte ædium fiat ad habitatem eorum scribæ et tabularii accommodandâ, fierique curandâ, et omne dispendium ex ærario Ludovicæo.

Addidit scriba Universitatis coram Tribunali academico se rapposuisse ad populata ab Administris Ludovicais cæcum tulisse nullum, quod omnis à Mo Fouveau hereditaria supellex loco moveri non possit, absente decreto supremi senatûs, nedùm liberè fieri habendi, atque ità summus rei Ludovicæ præfectus M. Girard non possit ab ædibus scribæ, quas occupat, — demigrare in ædes sibi destinatas

Re in deliberationem missâ, audito Mo Camillo Carnyer, syndico, placuit rem ad supremum senatum referri; rogavi tamen amplissimum Rectorem et meritissimum syndicum ut velint in mecessum et honori cumbâ adire ex Administris Ludovicais DD. Tandeau et le Rebours ab iis populatum

bonam eorum operam in promovendâ et conficiendâ quàm primùm re ad finem M. Fournean pervenietur; interea tamen se, nomine Universitatis, oblaturus libellum supplicem supremæ Curiæ de Editibus scribæ et tabularii concedendis. /.

Et sic concluxit amplissimus Rector. / Debrun Secret.

Anno Dñi. 1786, Die veneris decimâ septimâ mensis Martii, — habita fuit in collegio Ludovici magni comitia concursata Universitatis ad suas supplicationes. — 17 Martii Com. ad suas supplic.

Primùm in aulâ Tribunali academici consessum est ubi supplicaverunt pro litteris Nominationis juve Magisterii artium et Quinquennii MM. Ludovicus Jacobus Maria Mangeotte, subdiaconus Rhedonensis; et Carolus Constantinus Josephus Noël, presbyter Andegavensis, de quibus retulit M. Camillus Camyer syndicus, se dixit servidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audiverunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse vitè confectum, caetera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; addidit meritissimus syndicus Mr. Noel non — ipsum, sed loco ejus Mr. Poupier supplicavisse, ea de causâ quam exposuit in comitiis Deputatorum Universitatis die quartâ Martii habitis; quæ quidem causa visa est satis Tribunali academico, et tamen si per vicarium seu procuratorem supplicationi, ne in posterum temerè violetur articulus LV statutorum Universitatis, qui sic habet: Rector academiæ parisiensis litteras Nominationis concedat tantùm in eadem academiâ residentibus et actu studentibus; si quæ ab aliis impetrentur irrita habeantur. sua supplicibus populata concessa sunt. /. De supplici per procurat. V. p. 87 f. v°.

2°. Juramentum dixerunt inter manus amplissimi Rectoris librarii tres scilicet MM. petrus Didot filius, petrus le Roi, et — Lourcé, à Mo. Guebier uno ex vei librariis adjunctis probatati. / Novi librarii le Roi Lourcé

3°. Auditâ relatione omnium Normannia et Germania procuratorum, Cenisien et Montpellier, de vitâ, moribus et peritiâ Mi. Joannis Baptistæ Boucheseiche, qui postremis in comitiis supplicavit pro licentiâ aperiendi pædagogii; sub patrocinio et clientelâ Universitatis, audito Mo. Camillo Camyer syndico, placuit fieri potestatem Mo. Joanni Baptistæ Boucheseiche aperiendi pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis. /.

atque ità concluxit amplissimus Rector. /.

Deindè in aulam academicam itum est ubi, post habitam orationem ab amplissimo Rectore elegantissimam, omnes Ordines vata et grata habuerunt que gesta in suo trimestri Magisterio, et que litteras denuntiatorias, amplum que polliciti sunt comitatum vitæ processus ad Ædem Deo sanctam sub invocatione sancti Medardi in suburbio sancti Marcelli.

Pontificam egit M. Lefevre Doctor Theologus, sorbonicus; Orationem sanctam habuit ad populum M. Pinchon, professor et Doctor sorbonicus; Eucharisticam ad pontificem M. Lacaille Doctor aggregatus ad eorum ordinem. / Davaynes sec.

Martio

20 Martii Trib. acad. extra Ord.

Anno Dñi 1786, die vigesimâ Martii, habita fuit extraordinaria Deputatorum Universitatis, in ædibus academicis Ludovici magni, comitia vicè convocata, de pluribus rebus ad Academiam pertinentibus.

De Tabulavii Loco p. 69 f. v° p. 72

1°. Lectus, laudatus et approbatus est, si pauca excipias reformanda, libellus supplex ad supremum senatum, in magnâ camerâ, à merissimo syndico confectus de ædibus sive habitatione juribus et loco ubi deponatur Tabularium Universitatis, cedendi in usum universitatis ex decreto supremi senatûs, procuratore Catholico requirente, lato die 30 Aug. an. 1763 et ejusd. anni litteris patentibus die 21. 9bris emissis.

Ves d'. D'Espreval p. 29. p. 72

2°. Quod dixit amplissimus Rector jàm annum et amplius esse ea quo D. D'Espreval, in supremâ Rothomagensi curiâ præs., sibi fidem ejus chirographâ municam dedit solvendæ duodecim millium libellarum summæ ad quasi anni diem 10m. februarii proximè elapsi; et eâ die imò et mense elapsi, scripto memoriam debiti revocasse eidem D°. D'Espreval, à quo responsum accepit supplicatorium quidem non soluto protrahatur, sed provisis interim de ejusdem solutionis die et anno; petere ideoque à tribunali academico, quo jure agendum sit cum D°. D'Espreval. Ejus de re latâ D'. D'Espreval epistolâ responsoriâ, audito D°. de Corbinieres ejus procuratore ad lites, audito pariter M°. Camillo Camyer syndico, placuit Tribunali academico eam duodecim millium libellarum summam exigi intrà annum à D°. D'Espreval, ità ut singulo trimestri, à die decimâ Maii proximè sequentis, tercentum solvere summam trium millium libellarum, et sic deinceps, donec summa duodecim millium libellarum ab ipso D°. D'Espreval integra Universitati numerata fuerit; ni faciat, cum eo actum iri summo jure. Præterea dictum fuit eumdem D°. D'Espreval ab amplissimo Rectore eo adducendum esse ut, pro suâ æquitate, velit priscum Legitimos illius summa duodecim millium libellarum solvere; qui priscus, decrepitudinibus duodecim millibus libellis, pariter decrepitent.

De venditione Coll. Remensis v. p. 50

3°. Quod exposuit idem amplissimus Rector de libello ad Regem obsequ.mo jussu Tribunalis academici confecto à M°. Blondel, uno ex patronis Universitatis, contrà plenam et indefinitam vendendi et alienandi fundos et bona minorum Collegiorum potestatem bonam Administris Ludovicois per litteras patentes die an. 1767 emissas, ac imprimis concrà Collegii Remensis alienationem; cum libellum quamvis elegantem conspicuum, vitium fuisse parùm ad rem appositum; alterum ideoque, jubentibus academicis Ordinibus, fuisse adornatum quo vel penitùs introspiceretur, investigaretur, et à primâ origine ad nostrum usque tempus evolveretur; hunc à se singulis Decanis nuperrimè missum fuisse qui ejus momenta sedulò perpenderent, petere ab iis de eo libello quid censeant, quid agendum sit?

Audito M°. Camillo Camyer syndico, qui postulavit libellum illum ad Regem quàm primùm offerri, salvam ne reclamantis Universitatis jura sacra hac de re remanerent;

Sapientissimi Decani remotas ex eo libello quæstiones censuerunt, et eo nomine appellaverunt quidquid ad ludoviceam administrationem aut spectat aut spectare videatur, nihil que detinendum præter momenta quibus jus Universitatis in fundos et bona collegiorum asseritur, et impugnatur eorum, ac præsertim Collegii Remensis alienatio, inconsultâ Universitate.

1786 Martii 71.

Orratissimi procuratores dixerunt se nonnunquam parcum pro indigentem, ut alterius alterius auxilio egeret, argumentationes factis, facta argumentationibus; nil movari tamen quominùs si quidam duriùs dicta viderentur, ea falsa aut versa calumniandata, aut molliori tempore venirent.

Cæterùm omnes Deputati amplissimi Rectoris plenum prudentiæ consilium amplexi censuerunt cum libellum Magistratuum quorundam fidei et judicio committendum esse, perspiciendum que eorum quò inclinaret animus; interim deponendam esse inter manus procuratoris Catholici, nomine Universitatis, futuri, si quæ sint, litteris patentibus de alienatione collegii Remensis interpositum. /. v. p. 92

4°. Dixit amplissimus Rector vocatum fuisse ab Archiepiscopo Parisiensi quasi de improviso inedisse in Majores, convocatis, superiores tum sodalitii Sanbarbarani, tùm collegiorum Remensis et Bonorum, aliosque ad quos negotium illud pertinet, quod quidem intellexit brevi confectum iri, consentientibus iis quorum interest. Quæsitum ab eo fuisse quò tandem se verteret Universitas? Respondisse his verbis articuli eam fore, nempè 1°. communicandæ esse cum eâ consilia omnia et acta quibus ea res tractaretur. 2°. Rogandum ab eâ supremum senatum, ut quemadmodum anno 1663, si gratia velit Deputatos mittere qui de emptionis-venditionis earumdem ædium commodo et incommodo inquirant. 3°. Rogandum pariter esse supremum senatum, ut, pro solitâ suâ in Academiam Parisiensem benevolentiâ, litteras patentes, si quas superveniant, de eo negotio confirmando, non antè in Album supremæ Curiæ referendas quàm cum Universitate communicatæ fuerint. vid Sanbarbarana p. 65.

Collaudato amplissimi Rectoris prudenti consilio, audito Universitatis syndico, Dictum fuit standum esse tribus illis articulis, placuit insuper nominari Deputatos M.M. de Lacroe juvium Decanum, et Camyer syndicum qui cum amplissimo Rectore ejusmodi colloquiis interfuerint. /.

5°. De æde Universitatis in suburbio Sangermano-pratensi quam Locavit sibi cupit civis honestus Babloc per novem annos credarum millium Libellarum pretio, ut illam teneat, in quatuor ædificiorum, rebus omnibus instructam, gall. En hôtel Gavri, Dictum fuit, nec tamen conclusione firmatum, probato civi non esse concludendum nisi pretio quatuor millium libellarum supra decem ad minimum; interim eam in nova diaria, pretio affixo, retinendam esse sine ullâ descriptione; nihilominùs describendam esse jam editam descriptionem. /. Hôtel de l'Univ. locacion p. 40 p. 72

6°. Lecto ejus libello memorialis adversùs Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ de Milly, in quatuor juvenis academici nomine Boisson ejusdem Ecclesiæ Canonici, cum fundendi in Universitate Parisiensi, qui absens studiorum causâ, ex ipso jure repetit integros Beneficii sui fructus, exceptis quotidianis distributionibus, petitque ne ad jusam causam audiendæ velit Universitas, exhibitis juris forum, quod ejus privilegium Universitatis, asseveravit, ed que viâ tertia, ut aiunt interrogationis contrà decretum latum anno 1634, quod quidem favet Ecclesiæ Collegiatæ de Milly in damnum Canonicorum studiorum causâ non residentium. Placuit Tribunali academico consuli virum juris et negotiorum nostrorum peritissimum M. May, patronum et consiliarium Universitatis, et si ipsi ità videatur, audiendæ ad causam juvenis academici, non fuis tamen, sed Rectoris impensis. /. Canonicus Eccl. de Milly absens studior. causâ fructus repetit p. 72 f. v°

7°. Quod dixit amplissimus Rector se diem pro allegando publicum casuales obv. defendendæ

Dixille civi nomine Gilbert, qui fundum ficum in angulo viarum de Bellechasse et de l'Université, et fic de Dominio Universitatis, emit in fraudem casualium obventionum. plamit academico Tribunali facium amplissimi Rectoris, ipsum que rogavit ne non finat, quantùm potevit, vem verti in detrimentum fisci Academici. /.

Et fic fuper iij omnibus ab amplissimo Rectore conclusum fuit. /.

Jelneu Actor

24 Martii Com. Rectoris

Anno Dni 1786, die Veneris vigesimâ quartâ mensis Martii, habita fuit in aulâ Academicâ collegii Ludovici magni comitia generalia et Rectoris præclara avium facultatis.

Molitor

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem quâ elegantissimè et animo vere academico expofuit quæcumque geffit in fuo trimeftri Magiftratu, facâ fupplicandi facultate, fupplicaverunt Henricus Josephus Molitor, Trevirensis, ut fibi liceret nomen fuum omiffum in catalogis, progreffo morbum mensibus Martio, Aprili et Maïo, vespertina; morbum teftatur fcripta Doctor medicus parisiensis

Buvry

M. Meunier; Ludovicus Margo Buvry, clericus parisinus, pro immunitate ab onere fcribendi propter infirmitatem nativam quam fcripto teftatur Doctor medicus

Delaplace

parisiensis M. Bellong; Carolus Alexius Delaplace, progreffo Chirurgiæ Aggregationem quam fcripto teftatur Doctor medicus parisiensis M. Duguy; Honoratus Martinon,

Martinon

parisinus, propter debilitatem visûs quam fcripto teftatur Doctor medicus parisiensis

D'Abémar

M. Defemet; Joannes Josephus D'Abémar, clericus Albigensis propter morbum cruelem quo nondùm convaluit, ut fcripto teftatur Doctor medicus parisiensis

Gouyeau du Mazé

M. Bouvy; Franciscus Gouyeau du Mazé, lemovicensis propter dolorem pectoris quem fcripto teftatur Doctor medicus parisiensis M. Defemet; Joseph Soubervielle,

Soubervielle

Tarbiensis, propter pectoris morbum quem fcripto teftatur Doctor medicus parisiensis

Brunot

M. Granclas; Carolus Maria Josephus Brunot, clericus Trecorensis, propter pectoris dolorem quem fcripto teftatur Doctor medicus parisiensis M. Defemet;

Binant

Christophorus Germanus Binant, Bellovacensis, propter pectoris dolorem quem fcripto teftatur Doctor medicus parisiensis M. Defemet; pro emendatione nominum,

Coëcou

Petrus Coëcou, Auscitensis, qui fcripfit in catalogis Conequon; Joannes Souzac, alibi qui

Souzac

lemovicensis qui fcripfit nunc Joannes Baptista, nunc Lucas, et dixit Du Moucel;

Hebert

Jacobus Hebert, Rothomagensis, qui addidit malè de Manville; M. Carolus Constantinus

Noël

Josephus Noël, præbyter Audomarensis, qui fcripferat Constantius, fic autem erroris

per procuratorem

in fuos Magiftratûs Litteras, et fupplicavit, ut in Tribunali academico propter

Desequin Desbons

Litteras Nominationis, per procuratorem; M. Jacobus Ludovicus David Desequin-

Desbons

Desbons, Diaconus Caprarus, qui omifit nomen Jacobus, omiffum pariter in Litteris

Lamouroux

Magiftratûs; Petrus Antonius Lamouroux, Sanblasianus, qui fcripfit Sanblasiensis. /.

De Multâ Doct. Aggreg. V. Commentarios de comitiis f. 80 f.v°

Audito de fupplicibus meritiffimo Syndico, legi juffit amplissimus Rector Senatûs-Consultum die 3ª Junii 1783 latum de penfione Doctorum Aggregatorum, et locum à Tribunali præclara facultatis avium Conclusionem diei 20 Martii 1786 de multâ dirimendam, fi abfuerint tùm à comitiis five de aperiendo five de claudendo concurfu, et de exercitationibus concurfûs. /.

Deindè dimiffis Nationes ut deliberarent de fupplicibus et de eâ conclufione, confirmarent aut irritarent ejus mandata; procedè petiit ut vota et gnara haberent quæ geffit in fuo trimeftri Magiftratu. /.

Nationes Digreffa ac deindè regreffa renuntiaverunt per ornatiffimos procuratores fe indulgere fupplicibus, confirmare conclufionem modò latam, vota et gnara habere quæ geffit amplissimus Rector in fuo Trimeftri Magiftratu, et quæ

decreveve litteras commendatitias pro gradu adipiscendo; confirmave quatuor vivos menè electos, scilicet pro honorando Ordine M. Petrum Redon, celeberr. philosophiæ professorem in Mauriziano; pro fidelissimo, M. joannem Baptistam Dubois, celeberr. grammaticæ professorem in sorbona regia; pro venerando, M. julianum Cavisier, eloquentiæ professorem emeritum in Grassinæo et universitatis probibliothecarium; pro confratissimo, M. Guillaume Baccalaureum Theologum.

Excepit de supplicibus venerandus Ordo M. Noël qui pro procuratore supplicavit pro.

Quatuorviri, prævio incensu amplissimi Rectoris juramento, conclave ingressi sunt, unde digressi per M. Redon secretarium provocatus ille fuit ad Rectorem M°. joannem Delmen amplissimum Rectorem.

Quæ provocatio facta ab omnibus Ordinibus laudata, approbata, et confirmata fuit. /.

Et ità concludit amplissimus Rector. /. Delmen Rector

Anno Dni 1766, die primâ Aprilis, habita fuit in ædibus academicis collegii ludovici-magni Ordinaria Deputatorum universitatis Comitia. /. 1. Apr. Hôt. Acad.

1°. Supplicavit pro litteris Nominationis juris Magistralis artium et Quinquennii M.M joannes Maria Antonius Daudray, presbiter Bolonicensis, et jacobus ludovicus David de Jeguin de Rosbono, diaconus Cadurcus, de quibus retulit merissimus Syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magistralis, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, acta que informativa ad hanc supplicationem requisita, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, in quibus nihil desiderari; audito M°. Camillo Camyer, Syndico, placuit hæc supplicibus postulata concedi. /.

2°. De Ade universitatis in faubourg Germanopratensi locandâ illustrissimo Comiti ac D°. de Maulevrier, dictum fuit pactum conductionis fieri posse cum eo ad ejus et ejusdem uxoris vitam; non anteponendas illustrissimi comitis conditiones conditionibus Tribunalis academici oppositas; licere amplissimo Rectori eorum locationis articulos eidem illustrissimo Comiti iterùm proponere. /. Hôtel de l'Univ. Locat. p. 71.

3°. De honesto viro Bablot qui eam Ædem sibi conduci postulat, dictum fuit audiendum esse si locandam eandem pretio quatuor millium libellarum supra decem assumere velit. /. id. p. 74.

4°. Mittendum esse honesto civi, qui de instituendo in academiâ præmio virtutis cum amplissimo Rectore agitat, exemplarium à Commentariis universitatis Decretum quo Tribunal academicum illud præmium gratum habet et adnigit; Verùm, ne constet, litteris patentibus non indigere, sed tantùm supremo Curiæ decreto; sic sanciendam fuisse fundationem tùm viri honesti joannis Baptistæ Coignard, tùm M°. Coffin antiqui Rectoris. /. De præmio virtutis p. 68. p. 76

5°. De habitatione scribæ et de tabulario Universitatis propè scribæ habitationem ex legibus deponendo, traditum fuisse in manus M°. Bally procuratoris Universitatis ad licos libellum supplicem; ibem que rerum interrogationis futurio, si qua futura sunt, litteris patentibus de emptione-venditione collegii Remensis. /. De Tabulario Loco p. 70 f. v°. p. 75 f. v°

6°. De D°. D'Epneval, qui dilationem solutionis ampliorem sibi fieri postulat, ac assignandam esse incipientis solutionis diem decimam julii proximi. /. Vey D'. D'Epneval p. 70. f. v°. p. 76

Aprili

7°. De libello ad Regem obsequentissimo contrà indefinitas minorum collegiorum venditiones, illum judicio ac fidei plurimorum Magistratuum commissum fuisse./.

8°. De Negotio San-barbarano nil novi auditum aut acceptum./.

Canonicus eccles. de Milly p. 71.

9°. De causâ juvenis academici, in Ecclesiâ Collegiatâ de Milly Canonici; Consultum patronum et Consiliarium Universitatis forensem Mm. Mey respondisse juvenem illum, quanquàm actu studeat in Universitate parisiensi, uti non posse privilegio Universitatis in repetendis majoribus canonicatûs fructibus, quod laica sit illa Canonicatuum collatio, nec canonicis alii sint fructus quàm manualis distributio. Notatum tamen est à sapientissimo sacræ facultatis prodecano existere aliquod ejus Ecclesiæ patrimonium inter canonicos dividendum, rem notam esse Mo. Tandeau in supremâ curiæ parlamenti curiâ senatori. Dictum fuit rogandum esse Mm. Tandeau ut velit rem declarare et de Universitatis accessione sententiam dicere./.

300tt. ad Bibl. Un. p. 75. v°. fol.

10°. Libellum memorialem à Mo. Duval, antiquo Rectore, et Universitatis anno 1777 Bibliothecario, directum ad Tribunal academicum de trecentarum libellarum summâ quæ soluta fertur ab hæredibus Mi. Hamelin Universitatis, dùm viveret, Bibliothecarii, in pretium librorum de Bibliothecâ absentium, Dictum fuit tradendum esse sapientissimo sacræ facultatis pro-decano, qui cum administris Ludovicæis videat utrùm in commentariis eorum sit mentio aliqua ejusmodi summæ ab hæredibus Mi. Hamelin expensæ et deindè in manus Mi. Duval transmissæ, referat que ad Tribunal academicum, quò certiùs de eâ re statuatur./.

De iis qui publicè dicturi sunt nõe Universitatis

11°. Quod dixit amplissimus Rector de iis qui publicè dicere, nomine Universitatis, in se suscipiunt, è laude et re academicâ esse ut in eorum lucubrationes nihil irrepat quod periculosa opinionum temeritate aut novitate, aut argumenti levitate, aut jejuno et incompto dicendi genere possit vel tenuissimam offensionem in academiam concitare; videndum itaque esse Tribunali academico quà potissimùm ratione iis incommodis occurrendum sit; audito Mo. Camillo Camyer syndico, rogatis dictis que sententiis, placuit exigi ab iis, qui nomine Universitatis dicturi sunt, ut orationem aut carmen saltem die antè actionem publicam trigesimâ tradant in manus amplissimi Rectoris qui cùm meritissimo syndico, et vocatis, quos voluerit, viris academicis, res et verba accuratè expendat./.

Lis Mi. Harford adv. Mm. Ferris de proc. mun. N.is G. p. 73

12°. Stitit coràm Tribunali academico M. Harford, è Germanicâ Natione, ac dixit se in comitiis procuratoriis Germanicæ Nationis habitis eâ ipsâ die primâ Aprilis, horis matutinis, supplicatione factâ apud suum Ordinem postulasse, jure antiquioris, munus procuratorium, eo quod Mm. Ferris, contribulem suum, qui modò supplicaverat pro eodem munere Beneficium Ecclesiasticum extrà parisios residere cogat, et ex articulo nono statutorum Germanicæ Nationis, eâ de causâ, omni suffragio tàm activo quàm passivo et omni sportulâ carere debeat, ac proindè non sit idoneus qui in procuratorem nominetur. Nihilominus tamen Germanicam Nationem elegisse ac nominasse in procuratorem eumdem Mm. Ferris; se de eâ nominatione provocâsse ac provocare ad Tribunal

1786
Aprili

academicum, provocationem que suam denuntiasse eidem M°. ferris per Majorem Apparitorem Gallicanæ Nationis; postulare itaque se à Tribunali academico sibi jus suum ad procuratorium Nationis suæ munus asseri ac vindicari ex præfato statutorum articulo nono.

Digresso è comitiis M°. Harford, lectus est articulus nonus capitis secundi statutorum Germanicæ Nationis qui sic habet: Quos Beneficium ecclesiasticum extrà parisios residere cogit omni suffragio tàm activo quàm passivo et omni sportulâ similiter carento. Deindè quæsitum est quis, lite pendente, jure procuratorio, nomine Germanicæ Nationis, sederet in tribunali academico? tùm procurator ejusdem Nationis, qui ultimum procuratoris actum agebat, legit statutorum suæ Nationis articulum septimum capitis secundi cujus tenor est: Quotiescumque Magistratus aliquis è suo munere exciderit, si sit munus procuratoris, ad exprocuratorem - - - - - - - - - - ejusdem tribus - - - - - munus illud cedito. His lectis, audito M°. Camillo Camyer syndico, rogatis dictisque sententiis, 1°. placuit Tribunali academico vadimonium constitui partibus ad Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia, quæ futura sunt ad diem sabbati prioris hebdomadæ mensis Maii. 2°. Dictum fuit, eâ lite pendente, Exprocuratorem M^m. Keheller, ex tribu partium contendentium, vocari articulo septimo statutorum Germanicæ Nationis, qui, nomine Germanicæ Nationis, jure procuratorio sedeat in Tribunali academico. (.

Et sic super his omnibus conclusit amplissimus Rector. (. Delneu

Anno Dñi 1786, die Martis vigesimâ primâ mensis Aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in aulâ academica collegii Ludovici-magni synodus academica. 21 Apr. Synodus Academ.

1°. Quod, spreto Tribunalis academici decreto lato in superioribus comitiis, M°. ferris significato per accensum, se gesserit tamen idem M^r. ferris pro constantissimæ Nationis procuratore, in synodo academicâ, procuratoriâ togâ indutus, non sine publicâ offensione, multa que fecerit verba tàm à rei veritate remotâ, quàm à reverentiâ Tribunalis academici decreto debitâ, surrexit M. Camillus Camyer syndicus, sententiam Tribunalis academici legibus et exemplis fundatam demonstravit, se innumeris momentis ea quæ parùm appositè dixit M^r. ferris refellere posse asseruit, nisi aliud postularet præsens synodus academica, petiit tamen ut de lato in superioribus comitiis decreto statim hîc et nùnc deliberaretur; audito meritissimo syndico, re in deliberationem missâ, omnes Universitatis Deputati, unanimi consensu, decretum in superioribus comitiis latum, in quantum opus erat, confirmavêre; cui confirmationi intercessit M^r. ferris, actum sibi suæ intercessionis dari postulavit, qui et ipsi concessus est, et è comitiis exiit. (. De lite MM. Harford et ferris p. 72 f. v°. p. 74 f. v°.

Et sic conclusit amplissimus Rector. (. Delneu

2°. post habitam ab amplissimo Rectore plenam dignitatis et rei maximè aptam orationem, Beneficiarii Universitatis hoc ordine appellati sunt.

Aprili

Pastores Ecclesiarum parochialium

M. Joannes Baptista de la Roue, Doctor Theologus, pastor SS.orum Cosmæ et Damiani. /.

M. Eleonorius Maria Desbois de Rochefort, Doctor Theologus, socius sorbonicus, pastor S. Andreæ ab arcubus. /.

M. Claudius Coutault, Baccalaureus Theologus, pastor S. Germani veteris, inter majores Beneficiarios ultimò nominatus, designante honorandâ Gallorum Natione.

Capellani

M. Carolus Ô neil, collegii Longobardorum primarius, capellanus Capellaniæ B. Mariæ, in ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab arcubus. /.

Capellaniarum savoësianarum

M. Antonius Vicaire, antiquus Academiæ Rector, et eloquentiæ professor emeritus. /.

M. Bertrandus Dupuy, Doctor Theologus, socius sorbonicus, et collegii sorbonæ plessæi primarius. /.

M. Petrus Bitters, Licentiatus in utroque jure, pastor S. Crucis de civitate parisiensi. /.

M. Claudius Masse, licentiatus Theologus, Doctor aggregatus ad primum Ordinem, vir procuratorius. /.

M. Joannes Antonius Hyacinthus Bourcharens de Chaumeils, Doctor Theologus, inter minores Beneficiarios ultimò nominatus, designante sacrâ Theologiæ facultate. /.

Capellani

Capellaniarum de Castelleto

M. Alcymus Lottin, Doctor in utroque jure. /.

M. Petrus Durand, pastor in urbe san-dionysiacâ. /.

M. Josephus le Tourneur, Baccalaureus Theologus, Doctor aggregatus ad primum Ordinem, vir procuratorius. /.

Capellani

Capellaniarum de Thesauro Regio

M. Franciscus Monchablon, pastor in diœcesi Catalaunensi. /.

M. . De la Lourcey, licentiatus in utroque jure, Canonicus sancti Gregorii Gorziensis, in diœcesi Metensi. /.

Abfuerunt MM. Monchablon, Durand, La Lourcey, Dupuy, Boucharens de Chaumeils, ex quibus excusari se postulavit M. Monchablon. /.

Audito Camillo Camyer syndico, placuit laudari præsentes, absentes

excudavi qui fonticum absentia causam attulerunt, caeteros politâ mulctâ plectit.
atque ità concluſit amplissimus Rector. ℔ Debnus

Deindè ſibi unicus ſupplex M. joannes ludovicus Augustinus Ancelot, Diaconus Rothomagensis pro litteris dominationis juvæ Magisterii artium et Quinquennii, de quo vocalit Mre Camillus Camyer ſyndicus, ac dixit ſe vidiſſe tùm ejus litteras Magisterii, tùm professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat legitimum ſtudii tempus ab eo fuiſſe vitè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc ſupplicationem requiſita, in quibus nihil deſiderari audito meritiſſimo ſyndico, placuit ipſa probata ſupplici populata concedi
et ità concluſit amplissimus Rector. ℔ Debnus

poſtea iverunt in aulam tribunalis academici ubi vocalit amplissimus Rector virum honestum Bablot accedere ad impoſitam ſibi à tribunali academico conditionem locandæ ædis Universitatis in ſanctorum prædi ſuburbio ſitæ pretio quatuor millium libellarum ſuprà decem millia; ſed populare ne pactum conductitium non vigeat nisi à primâ die menſis octobris hujus anni, et impensis Universitatis pauca quædam, nec magni admodum pretii fiant additamenta ſive commoditatis, ſive ornamenti causâ; quibus expoſitis, audito Mre Camillo Camyer ſyndico, dictum fuit virum honestum Dnm Bablot recipiendum eſſe in ſuccessorem dictæ ædis conductorem, ad novem annos, ſub annuo pretio quatuor millium libellarum ſuprà decem millia; virumque pacti conductitii repetendum à primâ die octobris proximè ſequentis; modò probatus Dnus Bablot ſuis impensis conficiat et Universitatis propria faciat quæcumque populat ſive ad ornamentum, ſive ad utilitatem additamenta: inſuper ſolvat in anticipatum, id eſt, ineunte octobri menſa, ante mediam, ante ſaltem quartam annui pretii partem. /.
et ità concluſit amplissimus Rector. /. Debnus

Hotel de l'univ. Locat. M. Bablot p. 72. ave. 3e p. 76.

Anno Dñi 1786, die ſabbati vigeſimâ nonâ menſis Aprilis, horâ ſuppi decimâ matutinâ, habita fuit in ædibus academicis collegii ludovici-magni Comitia Deputatorum præclara Artium facultatis, cum duobus ex unâquâque Nationum adjunctis, pridiè per ſchedulas ab amplissimo Rectore convocata, ad audiendum ſupremæ Curiæ decretum de diſciplinâ academicâ latum, procuratore Catholico requirente, die decimâ Aprilis hujus anni, et ab eodem procuratore catholico ad ſyndicum et ſcribam Universitatis miſſum ut legatur, in commentariis præclaræ Artium facultatis referatur, et diſtribuatur quatuor Nationum receptoribus, Gymnaſiarchis, professoribus et doctoribus aggregatis. /.

pub. ad 3

29 Apr. Trib. pr. ave. fac. De decreto parlam die 10 Apr. lato v. p. 76

1°. Ego, ſcriba Universitatis, juſſus Rectore, legi epiſtolam à procuratore Catholico ad me miſſam cum 40 decreti exemplaribus, decretumque deindè ipſum.

Quo lecto, vehementer dolere dixit amplissimus Rector quod tàm ſæpè junctum fuerit in Gymnaſiarchas et professores collegiorum; nec tantum malum, paucis abhinc diebus admonitus, adhibere omni ope, voce conſcriptis concedere;

Maio

de re tamen publicâ non esse desperandum; duplicem esse viam quâ notam viris academicis adeo importunam dilui possit, intercessionis nempè et obsequentissimæ repræsentationis; hanc sibi videri et honestiorem et tutiorem: + audiendum meritissimum syndicum. + hujus se ducem profiteri:

prob. Ap. 3D

Meritissimus syndicus, postquàm multis conquestus est de illâ decretoriâ sanctione quâ Gymnasiarcharum et professorum dignitas tantoperè minuitur, additur gravius gravissimo aliundè muneri dedecus, eam decreti partem aggressus est de lustrandis collegiis quâ tollitur et Tribunali academico et Rectori amplissimo forum et jurisdictio utrique concessa plurimis jàm anteà senatûsconsultis, ac præcipuè decreto de lustratione collegiorum, postulante Universitate, lato die 23 febr. an. 1709; pro suo nihilominus officio postulare se ut decretum illud die 10a. hujus mensis latum in commentariis præclaræ artium facultatis inscribatur, salvis quorum interest juribus; interim tentaretur via humillimæ repræsentationis ad supremum senatum; nec ejus ducem abnuendum amplissimum Rectorem. /.

Audito meritissimo syndico, auditis etiàm Nationum antiquioribus, Ornatissimi procuratores censuerunt, antequàm decretum illud in commentariis præclaræ artium facultatis inscriberetur, de eo referendum esse ad singulas Nationes, eas que esse convocandas die martis proximè sequentis, horâ sesqui decimâ matutinâ.

Et ità conclusit amplissimus Rector /. Delmeu

2°. Ad eadem comitia accessit supplex M. Antonius Guy, è gremio fidelissimi Ordinis, postulans jure antiqui professoris in collegio flexiensi tunc temporis ad Academiam parisiensem aggregato, et ipse iis titulis Doctor aggregatus, ut nomen suum inter Doctorum aggregatorum nomina legeretur, omnibus que Doctoris aggregati juribus uteretur quibus olim ejusdem collegii professores MM. jacquemard et Damas.

Eo digresso, res visa est pertinere ad Tribunal præclaræ artium facultatis de concursu; itaque nihil super eâ re conclusum fuit.

Vide acta et conclusiones de concursu, ad diem secundam junii 1786. /.

6 Maii Trib. acad.

Anno Dñi 1786, die sabbati sextâ mensis Maii habita sunt in ædibus Academicis collegii Ludovici-magni Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia, in quibus —

de lite inter MM. Harford et Ferris p. 13

1°. Actum est de lite ortâ inter Magistros è Natione Germanicâ Harford et Ferris, de munere suæ Nationis procuratorio contendentes, quibus dies dicta fuerat in comitiis deputatatorum Universitatis habitis die primâ Aprilis ad hæc Ordinaria comitia. Adfuit Mer. Ferris, non comparuit Mer. Harford.

optimus excusatos habere et à poenâ immunes facere tùm submonitorem, tùm juvenem academicum, et juvenibus academicis omnibus restituere Elysiorum camporum usum, cùm praesertim nulla sit circà urbem scholaribus commodior area, sive ad animi relaxationem, sive ad puriorem coeli spiritum; insuper juvenem academicum, academicis poenis jàm mulctatum, ab ampliss. Rectore intrà collegii septa gravissimis verbis castigari.

Audito meritissimo syndico, ità conclusit amplissimus Rector./.

Anno Dñi 1786, die decimâ quartâ mensis augusti, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in aedibus academicis collegii Ludovici magni, comitia generalia praeclarae Artium facultatis, ad creandos probatores sivè examinatores Licentiandorum in artibus. 14 Aug. com. pr. art. fac. de elig. examinat.

Post habitam ab amplissimo Rectore gravissimam orationem, appellati sunt à clarissimis B. Mariae et B. Genovefae pro-cancellariis Octo-viri quos dignissimi Cancellarii designaverunt, nimirùm apud B. Mariam M. Marty Licentiatus Theologus, è societate sorbonicâ, celeberrimus philosophiae professor in sorbonae plessaeo, ex honorando Ordine; M. Masse, licentiatus Theologus, Doctor aggregatus ad primum Ordinem in Cardinalitio, ex fidelissimâ Natione; M. Clement, celeberrimus philosophiae professor in Montacutio, ex venerando Ordine; M. Aherne, licentiatus Theologus, è societate Navarricâ, celeberrimus philosophiae professor in Regiâ Navarrâ, ex Constantissimo Ordine; apud B. Genovefen, ex honorandâ Natione, M. Magniet, in utroque jure licentiatus; ex fidelissimâ Natione, M. Capin, celeberrimus philosophiae professor in Cardinalitio; ex venerandâ, M. Gasnier, Baccalaureus Theologus; ex Constantissimâ, M. Le loup, celeberrimus philosophiae professor in Lexovaeo.

Nationes digressae ac deindè regressae per singulos procuratores retulerunt eligi à se ac creari ad tentandam Candidatorum Magisterii artium peritiam MM. suprà nominatos, eos nempè quos dignissimi Cancellarii designaverunt. et ità conclusit amplissimus Rector. Deindè novos examinatores admisit ad sacramentum.

Digressis pro-cancellariis, vocati sunt ab amplissimo Rectore supplices, et supplicârunt Nicolaus Maria Le pauvre, clericus parisinus quod omiserit praenomen Maria; Josephus Antonius Balleidier, clericus Genevensis, quod iis praenominibus aliud incautè praefixerit nempè jacobum; Michaël Joannes Perron, clericus Claromontensis quod omiserit praenomen joannes; Joannes Antonius Hippolytus Du Val, quod nomen uno tenore Duval scripserit, et incautè adjecerit de Monrose. Le pauvre Balleidier Perron Du Val

Audito de supplicibus meritissimo syndico, amplissimus Rector Nationes dimisit ut de iisdem deliberarent.

Nationes digressae ac deindè regressae per singulos procuratores retulerunt se supplicibus omnibus indulgere. et ità conclusit amplissimus Rector./.

Aug.

Anno Dñi 1786, die Martis decimâ quintâ Augusti, Amplissimus Rector, assumptis secum comitibus syndico, scribâ et proquæstore, Versalias se contulit, ibi que præmiorum Academicorum indiculum obtulit Regi, Delphino, Augustis Regis fratribus, et apud singulos oratiunculam habuit ad rem ingeniosè accommodatam et summo plausu exceptam ac præsertim eam quâ Regem optimum allocutus est. /. Daragon scr.

26 Aug. Trib. acad.

Anno Dñi 1786, die sabbati vigesimâ sextâ mensis Augusti, in antecessum habita sunt Deputatorum universitatis, in ædibus academicis collegii ludovici magni Comitia.

1°. nullus accessit supplex

2°. lecta et recognita sunt quæ fuerunt acta in superioribus Comitiis.

3°. dicta supplicationum Autumnalium dies jovis quinta octobris ad ædem deo sacram sub invocatione sancti severini

4°. De præfatione et dedicatione versionis Gallicæ quarumdam Ciceronis Orationum in usum Academicæ juventutis à M°. Auger adornatæ sic retulit Ornatissimus Normanniæ procurator ad eam perpendendam cum M°. Herivaux Deputatus: jussu Tribunalis Academici præfationem et dedicationem suprà dicti operis perlegi, in quibus nihil nisi sanum et Universitati honorificum me comperisse testor, ac prætereà pollicitum esse M^m. Auger se nihil prorsùs additurum eidem operi aliud præter quasdam annotationes ad grammaticam spectantes; parisiis die 26^a. Augusti 1786. /. Cerisier. /.

De Tabulario Universitatis p. 88 f. v°.

5°. De loco cartis et instrumentis academicis idoneo prope habitationem scribæ ex legibus designando hoc ab Administris Ludovicæis responsum retulerunt eâ de re Deputati consultissimus Decanus et fidelissimus procurator, eos Universitatis postulato, quantùm fieri posset, facturos esse satis. Rogavit eosdem Deputatos Tribunal Academicum ut vellent invisere consilii ludovicæi præsidem D^m. Tandeau ab ipso postulaturi locorum scribæ habitationi proximorum lustrationem fieri antè diem jovis insequentem ut eâ ipsâ die possent responsum aliquod certius à consilio ludovicæo reportare. /.

De Architecto et libellis opificum v. p. 83.

6°. Comitia ingressus D^us. le Camus de Mézieres Universitatis Architectus obtulit Tribunali Academico, quam pollicitus fuerat operam circà singulos pecuniarum articulos in libellis Opificum memorialibus descriptos. Nominati sunt à Tribunali Academico Ornatissimi Picardiæ et Germaniæ procuratores qui assumptis secum quos vellent peritis impensam à D°. le Camus operam recognoscerent et de eâ ad proxima comitia referrent. /.

De opificibus Univ. p. 83

7°. Vocatis intrà septa academica Opificibus Universitatis, iis à Tribunali Academico declaratum est D^m. le Camus suam circà eorum libellos operam præstitisse, nominatos fuisse qui de eâ in proximis Comitiis referrent; quâ relatione peractâ, ipsis certa solutionis tempora assignatum iri; fides que data dimidiam debitæ pecuniæ partem decurrente anni proximè sequentis februario mense solutum iri. /.

Cum autem postulassent iidem opifices ne solvenda in se refunderetur pars stipendiorum dñi le Camus dimidia, responsum est id in Universitatis

GEN. D. PARIS EXTRAORDI.

more positum esse ut ea stipendiorum Architecti dimidia pars ab Opificibus solvatur, nec Tribunal academicum ab eo usu recessurum. /.

8°. De Dño D'Esneval, qui se à nexu liberandi parum cupidus videtur, mandatum fuit meritissimo syndico ut, si intrà dies octo nulla fides nomine præfati D.i D'Esneval certa fieret numerandæ propè diem pecuniæ, ipse decretum curaret obtinendum quo debitor solvere juridicè cogeretur, et sic usuræ non soluti in fructum Universitatis possent exigi. /. — res D.i D'Esneval p. 88 f. v°. v. p. 92 f. v°.

9°. Quod dixit amplissimus Rector Bituricensem Universitatem ad se scripsisse de periculo proximè imminenti ne Bituricensis artium facultas tota cedat in ditionem et potestatem Regularium, exclusis secularibus; lectâ præfatæ Universitatis Epistolâ, cùm nihil certi ex eâ colligi posset nisi periculi rumor prægravis quidem, Censuit Tribunal academicum nominandos esse Deputatos sapientissimum Medicinæ Decanum et meritissimum syndicum, qui de eo rumore et toto negotio penitiùs cognoscerent et ad Tribunal academicum referrent; interim rescribendum ad eamdem Universitatem rem ejus Universitati parisiensi cordi et curæ esse. /. — Univ. Bituricens.

10°. postulavit Tribunal academicum à meritissimo syndico ut certis et indubitatis indiciis sibi constaret factam fuisse inter manus procuratoris Catholici intercessionem Universitatis nomine imperatam die 20 Martii superioris adversùs litteras patentes, si quæ essent futuræ, ad alienationem collegii Remensis spectantes. /. — intercessio Univ. De coll. Remensi an facta? v. p. 71 in finem art. 3.

11°. Quod dictum fuit non semel auctam fuisse à nostris Regibus Congruentis Curionum sustentationis sive portionis summam ac intrà breve tempus tertiùm augendam esse (ut reverà factum regiâ declaratione Versaliis datâ die 2ª. septembris) rogatus est à Tribunali academico meritissimus syndicus, ut pro suo munere, vellet libellum memorialem adornare, quo palàm fieret proventum sive quadringentarum, sive sexcentarum libellarum sufficientem ad Graduati sustentationem ejusdem jàm non esse rationis, sive cum hodierno commeatuum pretio, sivè cùm congruâ Curionum portione, atque ità major æstimaretur Beneficii Ecclesiastici summa Graduatos completura. Curam hanc in se recepit meritissimus syndicus. /. — Memor. Libellus de aug. pensione ecclesiast. in gratiam Graduatorum

Et sic super his undecim articulis conclusit amplissimus Rector. /.

Anno Dñi 1786 die jovis quintâ Octobris habita sunt in ædibus collegii Ludovici magni comitia generalia et supplicatoria Universitatis — 5. Oct. Com. ad sacr. supplicat.

Primùm in aulâ Tribunalis academici consessum est ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes Carolus Carel, presbyter Rothomagensis; Petrus Robertus Michaël Regnet, Diaconus Constantiensis; Renatus Viel, presbyter Abrincensis; Nicolaus Guillelmus Collet, Diaconus Sagiensis; item supplicavit Joannes Andreas Michel, presbyter Constantiensis pro iisdem litteris Nominationis jure Baccalaureatûs in utroque jure et quinquennii; de quibus

Oct.

retulit M. Camillus Camyer, syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, et posterioris supplicis litteras Baccalaureatûs in utroque jure, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; audito meritissimo syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi. /.

Res D.i d'Esneval v. p. 92 f. recto

2°. De re pecuniariâ D.i d'Esneval ad Universitatem pertinente retulit meritissimus syndicus quid ex mandato Tribunalis academici, et quibus cum egisset, dixitque adesse M.m de Corbinieres præfati D.i d'Esneval procuratorem ad lites; qui vocatus ad Tribunal academicum renuntiavit D.m d'Esneval hanc in urbem proximo Decembri mense venturum, et cum Tribunali academico de solvendâ pecuniâ præsentem acturum; rogare se ut vellent Deputati Universitatis adventum Clar. viri expectare. Placuit Tribunali academico, rem, ut de eâ deliberaretur, differri ad diem sabbati proximè sequentis. /.

3°. Nominati sunt qui carmen in Mortem Borussiorum Regis expenderent, utrùm impensis Universitatis in lucem prodiret, MM. Lambert et Cerisier, et ad Tribunal academicum referrent. /.

Et sic super his conclusit amplissimus Rector. /.

Novus librar. Bacot

Posteà sacramentum præstitit inter manus amplissimi Rectoris Simeon Bacot, novus librarius, à M.o Nyon uno ex librariis adjunctis præsentatus. /. Davagon scr.

Itum est deindè in aulam academicam, ubi, post habitam ab amplissimo Rectore de conjungendâ cum litteris Religione in Educatione, Orationem, Omnes Ordines unanimi consensu rata et grata habuerunt quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, ei que litteras commendatitias decrevêre perhonorificas, amplumque polliciti sunt comitatum ritè processuro ad ædem deo sacram sub invocatione sancti Severini.

Pontificem egit, absente Sorbonæ seniore, M. Navits, Doctor Theologus et seminarii Sulpitiani superior. Orationem sacram habuit ad populum M. Beniéres, itidem Doctor Theologus, et ecclesiæ S. Petri de Chaillot, in suburbio, pastor; Eucharisticam, M. Vernadé Doctor aggregatus ad secundum Ordinem. /. Davagon scr.

Anno Dni 1786, die sabbati septimâ Octobris, habita sunt, in ædibus academicis collegii Ludovici magni, Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia in quibus loco consultissimi jurium Decani M.i de Lattre absentis adfuit M. Edmundus Martin prodecanus, primicerius et Comes. /

1°. Supplicârunt pro litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii MM. Joannes Dionysius Rousseau, Clericus Turonensis; Renatus Tiron, Diaconus Ambianensis; Petrus Josephus Augustinus Camus, presbyter Atrebatensis; Dionysius Robelot, Diaconus Divionæus; Franciscus Ludovicus Ponsignon, presbyter Parisinus: De quibus retulit meritissimus syndicus, ac dixit

se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse vitè contectum cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, præterquàm quòd M. franciscus Ludovicus Ponsignon litteras tonsuræ clericalis non exhibuerit. Audito meritissimo syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi, eâ tamen lege ut Mo. francisco Ludovico Ponsignon litteræ quinquennii et Nominationis non expediantur quin priùs exhibuerit litteras tonsuræ clericalis.

2°. Lecta et recognita quæ fuerunt acta in superioribus Comitiis.

3°. Quod mandatum fuerat meritissimo syndico ut certa indicia exhiberet intercessionis factæ inter manus procuratoris Catholici, nomine Universitatis, adversus litteras patentes, si quæ futuræ essent, de alienatione Collegii Remensis, inconsultâ Universitate, retulit meritissimus syndicus se illius intercessionis instrumentum seu actum nuperrimè vidisse in loculis apud Mm. Basly procuratorem Universitatis ad lites, et sic factam fuisse constare./.

4°. Mandavit Tribunal academicum eidem meritissimo syndico ut sine ullâ procrastinatione pecuniam à Do. d'Esneval debitam juridicè exigat./.

5°. Dictum fuit à Tribunali academico, ut sartum tectum que maneat jus Universitatis de immunitate à sacramento militiæ, non discedendum esse à Decretis tùm Regiis tùm Academicis; itaque tres conficiendos esse de more, decurrentibus Octobris, januarii, Aprilis et julii trimestribus, per singulas classes Catalogos, in quibus Discipuli nomina sua manu propriâ inscribant; quoniàm verò illa Nominum Descriptio fieri nequit initio cujusque trimestris per singulos annos, Voluit idem Tribunal Academ. ne quid detrimenti ex necessariâ illâ dilatione caperet Academia, si quis Academicus juvenis initio singulorum trimestrium temerè nomen Militiæ daret, ab amplissimo Rectore, infrà Gymnasiarchæ et professoris testimonia, subscribi formulam illam solitam: Visa per Nos Rectorem Academiæ parisiensis./.

6°. Quod dixit meritissimus syndicus Universitatem sivè senatum Heidelbergensem annum suæ institutionis sæcularem mense Novembri proximo per quatuor dies continuos celebraturam esse, atque ab eâ honorificis verbis compelli et invitari Academiam parisiensem ut per Deputatos velit in ejus sæcularis lætitiæ partem venire; ipsi latinè et perhonorificè Universitatis nomine rescribendum esse; placuit Tribunali Academico nominari Deputatos MM. Cerizier et Daragon, alterum probibliothecarium, alterum scribam Universitatis, qui per litteras, nomine Rectoris et Academiæ parisiensis verbis honorificentissimis conscriptas Heidelbergensi Academiæ sive senatui respondeant, quas, antequàm mittantur, cum Tribunali Academico communicent./.

9°. De loco chartis et instrumentis Academicis idoneo, propè habitationem scribæ ex legibus assignando, hoc ab Administris Ludovicæis responsum retulit Ornatissimus picardiæ procurator eâ de re cum consultissimo Decano Deputatus, se præ locorum inopiâ nullatenùs

Octbr

posse Tribunalis academici postulato annuere; Rogavit Tribunal Academ. eosdem Deputatos ne rem desperatam putarent, sed indicarent et innuerent Ludovicaeis Administris fieri posse ut locus ille Chartis academicis idoneus reperiatur in superioribus habitationi scribae Aedibus./.

10°. De operâ Dni le Camus circà libellos Opificum memoriales cùm retulissent ad illam recognoscendam Deputati Ornatissimi Picardiae et Germaniae procuratores, Censuit Tribunal Academicum Deputatorum ac imprimis Mi ferris in illâ investigandâ et excutiendâ laborem, sagacitatem et diligentiam magnoperè laudandam, maximas que iis agendas gratias; Decrevit insuper integerrimum ac rei peritissimum Dm Taboureur amicè invisendum, et nomine Tribunalis academici enixè rogandum ut aliquid de solidis suis, quibus detinetur, occupationibus demere velit in gratiam et commodum Universitatis, ei que expeditam et compendiosam in re intricatissimâ viam aperire; nominati sunt qui virum Clar. adirent amplissimus tùm Rector, et Ornatissimi Picardiae et Germaniae procuratores./.

11°. Aderant in alterâ Aedium parte Opifices Universitatis modò memoratae relationis finem et eventum expectantes; cùm autem ea relatio in multam vesperam protrahi videretur, nec lucem rebus allatura, dimissi sunt à Tribunali academico fidem ipsis, ut in superioribus comitiis, faciente dimidiam debitae pecuniae partem cuique solutum iri decurrente anni proximi februario mense; caeteram statis temporibus, ubi primùm de operâ Dni le Camus liquidò constaret./.

12°. de Bituricensi artium facultate à Tribunali academico Deputati MM. Sallin Medicinae Decanus, et Camyer, Syndicus, retulerunt Academiam Bituricensem seriùs Academiae parisiensis opem et auxilium petiisse; emissas jàm eo ipso temporis articulo Litteras patentes, imò illius Academiae procuratorem ad lites Mm Deschiens nulla habuisse ab Academiâ Bituricensi mandata intercessionis; itaque Deputatorum Academiae parisiensis curâ et studio retardari non potuisse fatale in Bituricensem Academiam Decretum./.

13°. De libello memoriali ad pensionem Graduatorum ecclesiasticam spectante cujus conficiendi opera meritissimo syndico delata est, dixit idem meritissimus syndicus libellum illum brevi à se confectum iri, nec periculum esse in morâ, vacante per ferias Autumnales supremâ parisiensi curiâ./.

Et sic super his omnibus, audito meritissimo syndico ab amplissimo Rectore conclusum fuit./.

ANNO Dni 1786, die Martis decimâ Octobris, habita sunt in aulâ academicâ collegii Ludovici magni comitia generalia praeclarae artium facultatis

primùm retulit amplissimus Rector ea quae gesta sunt in suo

trimestri Magistratu.

Deindè facta supplicandi potestate 1°. pro reformandâ Diocesi appellando Nationem Franciscus Duet, clericus Tricassinus qui in catalogi philosophicis se Trecensem scripserat; petrus Pierard, Tullanus qui in catalogi philosophicis scripserat se modò Tullanum, modò Tullensem; 2°. pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos petrus Claudius Bessard, parisinus, propter oculorum debilitatem quam scripto testatur M. Mauduit doctor med. parisiensis; Carolus Martin, clericus sanonensis, propter oculorum imbecillitatem quam scripto testatur M. Desenne, doctor Medicus parisiensis; Carolus Ludovicus Lasnoux de Pouplard, clericus parisiensis, propter cerebri cephalaeam quam scripto testatur Doctor medicus parisiensis M. Mauduit; Carolus franciscus Ancelin, propter pectoris capitis que morbum quem scripto testatur Doctor medicus parisiensis M. Corvisard; franciscus joannes Baptista Tissenit de Rochefort, santonensis, propter pectoris infirmitatem quam scripto testatur M. Granclas, doctor medicus paris. Augustus henricus josephus Morel, clericus Rhemensis, propter propter oculorum morbum quem scripto testatur doctor medicus parisiensis M. Geoffroy; joannes Servey de Monticien, Abrincinus, propter pertinacem pectoris dolorem quem scripto testatur doctor medicus parisiensis M. Desenne,

Denique Thomas Valois, presbyter Cloinensis in hibernia, ut nomen suum in posteriori physicorum Catalogo omissum repicaretur; cùm autem id incuriâ corrigerit et assiduitatem supplicis testari scripto fuerint ambo ejus professores MM. Bengin et Chapelle, veniam excusi Rationum sapientia et indulgentia permisit meritissimus syndicus.

Audito de supplicibus M. Camillo camuset, syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes ut de illis deliberarent, confirmarent quæ vires mane electos, vota et gravamina haberent quæ gesserit in suo Magistratu trimestri et anno.

Nationes digressæ deindè regressæ per ornatissimos procuratores suos retulerunt 1°. à se vota et gravamina habita quæ gessit amplissimus Rector per trimestrem suum Magistratum 2°. supplicibus omnibus indulgari 3°. confirmari quatuorviros mature horis electos, scilicet pro honor. Natione M. Champagne celeberrimum humanitatis professorem in collegio Ludovici magni; pro fidelissimâ, M. Banquet Decanum aggregatum ad tertium Ordinem, virum expro curatorium; pro venet. M. Guevoult, celeberrimum eloquentiæ professorem in Lycæo; pro constantissimâ, M. Ferris, suæ Nationis procuratorem.

Quatuorviri præsto inter manus amplissimi Rectoris juramento, conclave subierunt, undè digressi per M. Guevoult retulerunt se unanimi suffragiorum consensu fecisse Rectorios designasse vivo Clar. M. Petro Dumouchel celeberrimo eloquentiæ professori in coll. Marchiano.

Octbr

Quae electio ab omnibus statim Ordinibus laudata, approbata et summo plausu confirmata fuit. /.

Et ità conclusit amplissimus Rector. /.

Continuò accessit novus Rector togâ rubrâ inductus et, praestito sacramento inter manus amplissimi Rectoris, ritu antiquo inauguratus est; ac deindè habitâ ad praeclaram Artium facultatem Oratiunculâ, à clarissimo Ex-Rectore, ornatissimis procuratoribus, lectissimis quatuor-viris, et magnâ virorum Academicorum frequentiâ, praeeuntibus Nationum Apparitoribus, ad Aedes suas Marchianas deductus est. /.

Anno Dni 1786, die Mercurii undecimâ Octobris, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Aulâ Academicâ collegii Ludovici magni comitia Deputatorum Universitatis ab amplissimo Rectore novo Dom. D. joanne Baptista Dumouchel ad sui instructionem sive confirmationem indicta per schedulas pridiè datas, ubi loco M. delattre consultissimi jurium Decani absentis adfuit M. Gouillard, Antecessor; ac primùm adfuit M. joannes Baptista de Bar honorandae Gallorum Nationis procurator. /.

Primùm amplissimus Rector Congregationis causam aperuit; tùm auditus est M. joannes Delneuf, Ex-Rector, ad dextrum latus amplissimi Rectoris assidens proximè.

Posteà M. Camillus Camyer, pro suo syndici munere, requisivit Mm. joannem Baptistam Dumouchel instrui seu confirmari in Rectorem: Deindè sapientissimi Theologiae, jurium et Medicinae Decani, atque ornatissimi Galliae, picardiae, Normanniae et Germaniae procuratores, singuli compellantes clarissimum Ex-Rectorem proximè post amplissimum Rectorem, dixerunt ab Ordinibus suis ratam et gratam haberi electionem M. joannis Baptistae Dumouchel, celeberrimi Eloquentiae professoris in Collegio Marchiano, in Rectorem, ei que consilium, opem et operam polliciti sunt in rebus Academicis gerendis; sicque illum instruxerunt seu confirmarunt in Rectorem, more antiquo. /.

Et ità conclusit amplissimus Rector. /. Dumouchel Rector

Anno Dni 1786, die vigesimâ septimâ Octobris, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Aedibus Academicis collegii Ludovici magni Generalia praeclarae Artium facultatis Comitia ad eligendos Censores novos.

Post habitam à novo Rectore elegantissimam Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicârunt Petrus Rudel, clericus Claromontensis ut deleretur in Catalogis philosophicis nomini suo malè additum cognomen; Du Miral; M. joannes christophorus fustier, clericus Aurelianensis ut biennium philosophicum in Universitate Cadomensi, nobiscum foederatâ,

fustier

confectum sibi apud Nos pro uno philosophiæ anno imputetur; protulit tùm sui professoris Cadomensis testimonium, tùm litteras Magisterii artium Cadomi sibi traditas: M. Augustus Henricus de Luzeau des Bertieres, clericus Nannetensis, ut cursus philosophicus à se in Universitate Andegavensi confectus sub Magistris sæcularibus, sibi apud Nos pro uno anno philosophico imputetur, protulit que litteras Regias quibus jubetur hujusmodi concessio, et litteras Magisterii artium quod Andegavi adeptus est, cum sui professoris Andegavensis testimonio.

Pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos, Augustinus joannes Baptista de faucompret de Thulus, insulanus, nobilioribus academiæ nostræ palmis decorus, propter pectoris infirmitatem quam scripto testatur Doctor medicus parisiensis M. Desessarts; franciscus Nicolaus du friche de Genest, clericus sagiensis, propter morbum quo per trimestrem integrum laboravit, undè nata est digitorum suppuratio nondùm sanata, ut scripto testatur Doctor medicus parisiensis M. Dretz; Ludovicus Augustus symphorianus de la peyre, clericus Cameras, propter oculorum morbum quem scripto testatur Doctor medicus parisiensis M. Cozette; quibus nil morari se dixit M. Cam. Camyer syndicus quominùs indulgeatur, postulavit insuper ut, obtemperando eâ quâ par est reverentiâ litteris regiis, in commentarios Universitatis eæ referrentur.

Audito de supplicibus meritissimo syndico, auditis quas modo jubente Rectore ego, scriba, perlegeram litteris regiis, amplissimus Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent, obtemperarent litteris regiis, ac censores eligerent.

Quæ regressæ per ornatissimos procuratores suos retulerunt à se supplicibus indulgeri, obtemperari litteris regiis, juberi ut eæ in Universitatis commentariis referrentur; deindè creatos fuisse censores, scilicet pro honorando ordine Mm. Carré, professorem emeritum in Marchiano; pro fidelissimo M. Caboche, vigilantissimum collegii Marchiani Moderatorem et Baccalaureum Theologum; pro venerando, M. Quevremont, celeberrimum humanitatis professorem in lexoveo; pro constantissimo, M. Bourk, Baccalaureum Theologum, et collegii longobardorum provisorem; quibus cum Nationibus conclusit amplissimus Rector.

Continuò novi censores sacramentum dixêre inter manus amplissimi Rectoris; et sic soluta sunt comitia. (Damouchel Rector

Sequuntur litteræ Regiæ

De par le Roi

Chers et bien amés, Mr. Henri Auguste de Luzeau Nous ayant fait représenter qu'il a fait son cours de philosophie, pendant deux ans, dans l'université d'Angers, sous des Maitres séculiers, et que, quoique vous ne soyez astreints à compter pour une année un cours de philosophie fait

Nov^bre.

hors de votre faculté, que relativement aux facultés de Rheims et de Caen, qui vous sont affiliées, néanmoins vous avez usé plusieurs fois d'indulgence à l'egard des autres Etudians des autres Universités, Nous vous faisons cette Lettre pour vous dire que le S^r. de Luzeau ayant fait ou en faisant une année de philosophie à paris, Notre intention est que le cours de philosophie qu'il a fait à Angers, lui soit imputé pour une seconde année; en conséquence qu'il soit admis à subir les examens necessaires pour obtenir le dégré de Maitre es-arts; le tout, sans tirer à consequence. si n'y faites faute, car tel est notre plaisir. donné à fontaine-bleau le 12. 8bre 1786. signé Louis et plus bas, le Baron de Breteuil. et sur le dos est écrit: A nos chers et bien amés les Recteur, procureurs et suppots de la faculté des arts de notre cher et ainée fille l'université de notre bonne ville de paris. /.

Anno Dni 1786, die quartâ mensis Novembris, habita sunt in ædibus academicis collegii Ludovici magni Ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, in quibus loco M^i. Delattre sapientissimi jurium Decani, absentis, nullus alius adfuit è consultissimâ facultate; primùm verò adfuit M^er. Edmundus Claudius Bourru, novus Medicinæ Decanus. /.

1°. supplicârunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM^i. joannes petrus faudet, presbyter Mimatensis; joannes franciscus Melissent, clericus Rothomagensis; joannes Baptista Robert de Gesnais, acolythus Nivernensis; de quibus retulit M^er. Camillus Camyer, syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audiêrunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito meritissimo syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi. /.

2°. lecta et recognita sunt quæ fuerunt acta in superioribus Comitiis; at, lecto articulo in quo agitur de Catalogis per singulas collegiorum Classes unoquoque trimestri conficiendis, mandatum fuit scribæ ad meritissimum syndicum referre de professoribus decreto Universitatis lato die quintâ junii 1756 non obtemperantibus, ut ipse ad Tribunal academicum de iis referat. /.

3°. De exigendâ juridicè pecuniâ à D^o. D'Esneval debitâ, juxtà placitum Tribunalis academici die 7^a. Octobris habiti, dixit meritissimus syndicus se, uti sibi mandatum fuerat, sine ullâ procrastinatione juris formulis usum esse per accensum publicum adversùs præfatum D^m. d'Esneval. /.

4°. De libello memoriali ad pensionem Graduatorum Ecclesiasticam pertinente dictum fuit petendam esse ejus rationis pensionem quæ pari

GEN. D. PARIS EXTRAORDI.

gradu cum pensione Curionum congruâ accrescat, imò et eam, quanti æquum erit, superet; rem illam omnem agendam humillimis apud supremis Regis Consistorium supplicationibus; consulendos à meritissimo syndico patronos Universitatis forenses, ac præcipuè virum rerum ecclesiasticarum peritissimum Mm. Mey, idoneum viæ ineundæ simul ac persequendæ autorem et ducem. /.

5°. Quod retulerunt super eâ re deputati se libellos opificum memoriales Dº. Taboureur tradidisse, ipsum commodis academicis diligenter invigilaturum, fore ut necesse sit in rem præsentem venire ac singula recognoscere cum non ità gravi tamen æris academici dispendio; Rogati sunt à Tribunali Academico iidem Deputati eumdem Dm. Taboureur perhumaniter compellere ad opus, cùm primùm ipsi licuerit, accelerandum. /.

6°. placuit Tribunali academico, antequàm Universitas quasdam pecuniæ summas fœnori collocatas in fiscum academicum revocet, aut pecuniam ipsa mutuò sumat, rogari integerrimum Quæstorem ut unà cum ornatissimis picardiæ et Germaniæ procuratoribus tabulam componat annui et certi sivè reditûs sive sumptûs Universitatis, ità ut innotescat vires ærarii academici quid ferre valeant, quid recusent; et eam tabulam proponat habendis extrà ordinem decurrente hoc ipso Novembri mense Deputatorum Universitatis comitiis in quibus res opificum agetur. /.

7°. Ordinationem hanc posteriorem intromissis in comitia opificibus declaravit Tribunal academicum, simul que spem affulgere maximam fore ut certa et stata solvendæ pecuniæ tempora ipsis assignentur in proximis Decembribus comitiis; nihilo minùs tamen se datâ fide stare dimidiam debitæ pecuniæ partem, singulis, habitâ uniuscujusque impensarum ratione, solvendi decurrente anni sequentis februario mense. /.

8°. Quod dixit amplissimus Rector sibi datas fuisse à Reverendissimo parisiensi Archiepiscopo litteras, quibus ejus voto et consilio annuens illustriss: præsul omnes, quicumque in condendis hymnis periculum suæ industriæ facere voluerint, tàm intrà quàm extrà academica septa, invitat et hortatur; proponit deindè hymnorum trium de communi sacerdotum, trium in Sº. Ludovico, trium in Stæ. Clotildis et unius de patronis sacrum diem argumentum nobile profectò, dignum sanctissimi præsulis pietate, dignum divite poetarum venâ; tandem cupere se innuit Academiæ amantissimus Pontifex ut res ineunte junio mense conficiatur, atque ità quàm proximè mandato Rectorio promulgentur rei conficiendæ conditiones et argumenta; lectis tùm epistolâ, tùm argumentis, placuit tribunali academico operis prospectum amplissimo Rectori permitti, assumptis secum quos voluerit ex Academiâ Magistris. /.

9°. in argumentum præmii eloquentiæ latinæ à Vº. clarº. Mº. joanne

Novbr.

Baptistâ Cognard in gratiam MM^or. Academicorum instituti, et anno 1787 distribuendi proposuit amplissimus Rector: Quî fit ut sæpè numero qui in tradendis vitæ præceptis meliora vident et Docent, in vitæ ratione deteriora sequantur? /.

10° Rescriptum est nomine Universitatis honestissimis verbis senatui sivè Academiæ Heidelbergensi. Quæ responsio, cum verendum esset ne serius, id est, peractis sæcularibus festis, Heidelbergam perveniret, et sic culparetur Academiæ parisiensis tarditas, non quidem cum Academico Tribunali communicari potuit, sed singulorum Universitatis Deputatorum judicio et subscriptioni seorsim proposita fuit, deindè publicis cursoribus commissa; placuit Tribunali academico et Epistolæ tenor et missionis celeritas; censuit insuper idem Tribunal academicum honestissimam Academiæ Heidelbergensis invitationem et dignam Academiâ Matre Universitatis paris. responsionem inscribendam in Commentariis Universitatis. /.

Et sic super his decem articulis, audito priùs de singulis meritissimo syndico, conclusit amplissimus Rector. /. Dumouchel Rector

Sequitur Epistola Universitatis Heidelbergensis:

Magnifice Academiæ
Rector,
Viri summè Reverendi
illustres, Consultissimi, experientissimi
Amplissimi,
patroni et amici colendissimi.

Academia nostra palatina, confectâ proximâ die decimâ octavâ Octobris quatuor sæculorum periodo, quod, Viri illustres ac celeberrimi, ex adjecto publico programmate facile intelligitis, Dei benignitate sæculum jàm novum est auspicatura. Erit hæc scholæ nostræ epocha nobis tantò jucundior et magis memorabilis, quantò funestiora extitêre tempora ac fatorum vicissitudines quibus illa omnibus superior principum suorum S. R. I. Electorum immortali munere hactenùs servata stetit.

Serenissimus Elector, Dominus ac Mæcenas noster longè clementissimus qui omnes artes ingenuas ac disciplinas harum que Magistros sinu foret et amplissimis honoribus ac gratiis prosequitur, potissimùm hanc nostram Academiam palatinam Ruperti senioris quatuor sæculorum filiam suis semper amoribus ac gratiis est tenerè complexus, hujusque ergà eandem favoris ac Electoralis munificentiæ novum argumentum præbuit, dùm annum ejus sæcularem sextâ Novembris per dies quatuor continuos summâ nobis festivitate

Nov^br. 1786

celebrandum esse statuit.

Vobis igitur, Vivi illustres ac celeberrimi, sacra hæc Academiæ solennia præaliis significare oportuit, quos eadem nobiscum studia tenent, eadem cura ac sollicitudo pro salute Reipublicæ et litterarum incremento ac flore captumulat. Cum verò hic nostra celebritati ex doctissimorum ac clarissimorum virorum adventu ac frequentiâ plurimum lucis ac dignitatis accedere debeat, à Vobis, illustrissimi ac celeberrimi! si quid nostra vocat valent, quâ par est observantiâ flagitamus, — Dignemini, si id fine magno incommodo fieri possit, Vivos ex gremio vestro legatos mittere, qui Gaudiorum nostrorum, quibus hæc sacra solennia nos adcumulant, sint participes, Vestræque erga nos benevolentiæ incorpreces, actus nostros academicos illustrent et solennitatem adaugeant.

Erit certè adventus hic Vester nobis perquàm honorificus multòque optatissimus, nostrum erit ut Vestram hîc loci commorationem gratam Vobis ac jucundam facere studeamus.

Deus Vos porro litterariæ Reipublicæ diù incolumes, vos Academiam vestram floreat, et patriæ cui pro salute patria semper excreverc. Heidelberg. XVI. Augusti MDCCLXXXVI.

Amplissimorum et celeberrimorum
Nominum Vestrorum

Cultores assidui
Rector et Senatus
Academiæ Heidelbergensis
Jenones h. t. Procancellarius
Heidevich
Univ. Syndicus

Universitati Heidelbergensi
filiæ Carissimæ
Universitas Parisiensis
S. P. D.

Pergrata nobis audit, Vivi illustrissimi ac celeberrimi, Epistola cum luculento et eleganti commentario conjuncta quâ festa solennia mox apud Vos celebrandi nos in pacem humanissimè vocatis. In eâ nimirum invitatione Vivorum indolem veræ litteraturæ agnovimus, qui liberalium disciplinarum vim ac pretium novunt, et laudabiles earum fructus ità singulis doctorum palæstris esse proprios arbitrantur, ut ad cateras tamen Academias eòdem pertineant. Non enim regionum terminis aut imperiorum finibus res litteraria conducunt. Latius patent doctrinæ societas et ingeniorum cognatio quædam, ipsâ propèmodum consanguinitate fanciorque atque conjunctior. Eæ ejusdem propè Reipublicæ cives efficit, quocunque ubique terrarum fuit eruditissimi, populos que vel longinquos

Nov. 1766.

ejusdem lucis communione et politioris humanitatis vinculo consociat, quorum animis plures divinitus alienaque suspiciosus et cujusvis ignorantiæ tenebris.

Vos itaque Viri illustres ac celeberrimi, memores hujusce communionis, licet vestri natalis festum unoquoque paulo recurrente cum aliis complurimis, tum academia parisiensi peramicè pronuntiatis, et, quamquam eadem consuetudo non obtinuerit in hac nostra, quæ fulcit originem antiquius verendens, eo in vestri inchoatis penetralibus ita paulatim convenit, ut non satis constet quo die vel anno possimum in ipsam corporis academici formam coaluerit; tamen ulrò collaudamus instituendum illud quo vos centenarium quasi lustrum pia solemni que pompa claudicis renovum auspicamini. si quid enim in rebus humanis sanctissimum, si quid religiosè memoriâ cari que temporum intervallis pia veneremur, certè hoc habet secundo cujusquam Academia, diique favorati ortus. Quando quidem in eo Musarum sacrario exquisitissima animorum pabula; ibi vera disciplinæ instrumentum, ibi sacer ignis perpetuò lucens, superstitionem exorcizans, Religionem fovens, humanitatem provocans atque vivorem ipsam perficiens, quo nihil est, secundum divina venerabilius. — Gaudemus igitur hinc propitiam et benignam literarum facem in tantum eluxisse et præclaros studiorum fructus adeò propagasse, ut præter hos excellentes docorinâ viros quibus meritò gloriatur Academia vestra, hinc etiam hodiernos quos jamdiu resplendent in latissimo Germaniæ tractu lumina.

Quò circò liceat nos abesse propensissimo Vobis gratulari, veluti parentem filiæ carissimæ pridem apud longinquos et exteros elocatæ, quod Matris nomen genuinè commendans, egregiis que nobilitata sureulis, floreat ipsa vegetior in dies; simul quod nacta principes ac dominos eò liberalium amantiores, quò liberè dignius favent, eorum tutelâ, patrocinio et munificentiâ primò adoleverit, deinde à bellorum procellis et conflagrationibus (quarum similes in posterum averrat Deus) publicior demùm atque beatior emerserit. Nunc eo fruimini fœnissimo principe, qui Majorum virtutes in se repræsentans, patrem vos amore complectitur, ac labor vobis indulsit dies. Quanto dignum est apparatu, quantâ lætitiâ, genialo festum concelebrate. Utinam et nos augere frequentiam amicorum ludos tam liberales ac pios spectatum, Vos præsertim, Viri illustres ac celeberrimi, adspicere ea adfuisse possimus! ex talium virorum colloquio non mediocrem profectò utilitatis ac oblectamenti fructum percepimus; verùm exactis apud nos indutiis, ita suo quisque destinatum officio, ne spatio quidem decedere nemo fas esse sibi arbitratur.

Quoniam igitur abesse corpora necesse est, quod licet pariter ac libet, certè animis adsumus, eo que vota nuncupatis ea supplicatis precibus adjuvantes exire vocabimus à fanum bonorum largitore, ut inexhaustos doctrinæ fontes genialibus ex excerptis usque præbeat et virorum et operum illustrium patria Academia vestra, ut que demùm certa, quod jam inde fatis, fausto, virorum et operum illustrium patrum, simul et novis principum auctu beneficiis ea pia et illorum gloriâ jucundissimè perfruatur. Parisiis die 26 octobris 1766.

Ita vovemus

addictissimi vobis

Signatum

Desmoulins Rector universitatis

N.B. Hæc epistola subscripserunt singuli deputati, et obtinuerè majores universitatis.

Anno Dni 1786, die Lunæ vigesimâ septimâ ejusdem mensis, horâ sequi quartâ pomeridianâ, habita sunt in Ædibus academicis collegii Ludovici magni, extrà Ordinem Deputatorum Universitatis comitia, ab amplissimo Rectore ritè convocata.

1°. Stitit coràm Tribunali academico supplex unicus pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, Mi Joannes Baptista Lucas Bailly, subdiac. parisinus, de quo retulit meritissimus syndicus ac dixit se vidisse tùm ejus litteras Magisterii, tùm professorum quos audivit testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab ipso fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil morari; audito meritissimo syndico, placuit sua præfato supplici postulata concedi. /.

2°. Accessit ad Tribunal academicum f. Franciscus Reymond, presbyter Ebredunensis, et Regalis Abbatiæ Boscodonensis Ordinis s. Benedicti in diœcesi Ebredunensi expressè professus, Magister in artibus et Graduatus in universitate parisiensi, qui dixit se mense januario proximè elapso requisivisse in vim graduum ab Abbate Abbatiæ Latiniacensis prioratum regularem s. Nicolai de Chessy, repulsum que ab eo se contulisse ad Rever. parisiensem Episcopum à quo prioratum illum jure obtinuit caduco; interim Abbatem Latiniacensem, jure, quod ait, libero eumd. prioratum Regularem addixisse clerico nec regulari nec graduato; se litem cum eo clerico habere in magno, ut vocant, Consilio pendentem; postulare ab universitate ut ad suam causam accedere velit. Lecto supplicis libello memoriali, audito Mo. Camillo Camyer syndico, placuit Tribunali academico ità accedere nomine Universitatis ad causam præfati Mi Reymond, ut ea accessio significetur paucis tantùm diebus antè primam actionem forensem, imò in fine prioris actionis, si alterâ actione causa prosequenda sit ac definienda, modò id omne fiat supplicis, non Universitatis impensis. /.

3°. Quod dixit sapientissimus Medicinæ Decanus sibi à saluberrimâ facultate Tolosanâ directa fuisse duo programmata quorum alterum valvis facultatis parisiensis affigi postulat Tolosana facultas, alterum sibi remitti more solito subsignatum; Censuit Tribunal academicum annuendum esse saluber. facultatis Tolosanæ postulationi. /.

4°. Quod retulit meritissimus syndicus se convenisse unum ex patronis Universitatis forensibus Mum. Mey, communicatum que cum eo consilium libelli memorialis de augendâ Graduatorum pensione ecclesiasticâ conficiendi maximè laudasse et approbasse, et ipsum opem operam que pollicitum fuisse; quod dixit idem meritissimus syndicus eidem Mo. Mey nihildùm erogatum fuisse ab Ærario academico propter egregiè navatam in causâ adversùs Graduatum Valentinensem operam; placuit Trib. academico meritissimi syndici diligentia, dictum que fuit quamprimùm numerandam esse Mo. Mey pro summo et felici ejus in eâ causâ studio pecuniam. /.

5°. Quod exposuit amplissimus Rector non semel conquestos esse Ribodimontenses Ædiles et etiamnùm conqueri instrumento singulorum subscriptione de Mi. Belot Collegio Ribodimontensi à Tribunali academico præpositi frequentioribus absentiis

Nov. et Decbr.

et Officiorum incuriâ, ideo que eos ab academico Tribunali destitutionem Mi. Belot petere; undè dubium sit integerrimo Universitatis Quaestori utrùm Mo. Belot pensionem honorariam solvere debeat; Dictum fuit Mm. Belot indictâ causâ non esse damnandum aut multâ plectendum; significandum itaque Magistratibus Ribodimontensibus ut secundùm juris formulas Mm. Belot agant in forum Academ. interim eidem Mo. Belot stipendia more solito solvenda esse ab integerrimo Universitatis Quaestore. /.

6.° Dictum fuerat in superioribus comitiis convocanda esse decurrente Novembri mense extrà Ordinem hodierna Deputatorum Universitatis Comitia ad audiendos ornatissimos picardiae et Germaniae procuratores de praestitâ à Do. Taboureur in rem academicam operâ; item de tabulâ accepti et expensi quam unà cum integerrimo Quaestore conficere rogati sunt, ut ex duplici illâ relatione et pecuniae academicae ratio intelligi possit, et aliquid certi colligi undè stata solutionis tempora opificibus Universitatis in ordinariis Xbribus comitiis assignarentur, iis itaque auditis, aerarii academici viribus exploratis et perpensis, placuit Tribunali academico 1.° enixè rogari Dm. Taboureur ut die saltem veneris proximâ fructum impensi in rem academicam laboris aliquem tradat, undè die sabbati posterâ Tribunal academicum Operariis obligatam fidem possit exsolvere. 2.° tres aut quatuor pecuniae foenori collocatae partes, sive, ut aiunt, contractus deinceps, et pro rerum necessitate à foeneratorum manibus recipi, consilium que illud cum singulis Ordinibus communicari. 3.° potestatem fieri integerrimo Quaestori cum singulis Opificibus agendi, ipsis que proponendi, exsoluta proximo mense februario dimidiâ sortis parte, alteram partem praesenti pecuniâ solvendam, modò de sorte quisque, quanti aequum est detrahere velit; secùs certos solutionis dies intrà quadriennium à Tribunali academico recusantibus definitum iri. /.

7.° supplicationes hyemales indictae sunt in diem lunae undecimam mensis Decembris ad aedem deo sacram sub invocatione s. Stephani de Monte. /.

et sic super his omnibus, audito priùs de singulis meritissimo syndico, ab amplissimo Rectore conclusum fuit. /. Dumouchelz Rector

Anno Dni 1786, die sabbati secundâ mensis Decembris, habita sunt in aedibus academicis collegii Ludovici magni Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia.

1.° supplicârunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. Guillelmus D'Zentler, presbyter parisiensis; Benedictus Allenonbert, subdiaconus Lugdunaeus; Christophorus franciscus de Chaponay, presbyter Lugdunensis; joannes Christophorus Fastier, presbyter Aurelianensis; petrus franciscus de Vidal Lapize de la pannonie, presbyter Cadurcensis; philibertus Braillard, subdiaconus Divionensis; Amandus Michaël Clausel de Coussergues, subdiaconus Ruthenensis; joannes franciscus Gilliard, presbyter Bisuntinensis, Ordinis Cluniacensis Stae observae expressè professus; de quibus retulit Mer. Camillus Canuser syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus

ab iis fuisse rite confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita in quibus nihil desiderari; itaque placuit Tribunali academico sua præfatis supplicibus postulata concedi./.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant acta in superioribus comitiis.

3°. Accessit ad Tribunal academicum Mer. Barthe, sacræ facultatis Tolosanæ Doctor Theologus, professor regius, Decanus et syndicus, et Universitatis ejusdem Deputatus, qui exposuit Universitatem Tolosanam pluribus abhinc annis contrà Regulares Mendicantes obniti ne lectiones quas habent intrà claustra et ad privatum suorum usum Theologicas, publici et academici juris fiant; illos frustrà confidere supposititiâ scholarum suarum antiquitate, quibusdam Universitatis, ut ferunt, libellis memorialibus, et duobus senatûs Tolosani consultis; ab Universitate Tolosanâ funditùs subrui malè textum illud antiquitatis ædificium, illos memoriales libellos ut fœtus adulterinos repelli, impugnari duo senatûs Tolosani consulta neglectis academico jure, bono publico, et regiâ autoritate emissa, de quibus instituta apud supremum Regis consistorium provocatio propè diem dijudicanda est; rem modò definiendam non unius Universitatis Tolosanæ, sed omnium quotquot sunt in Galliâ, universitatum rem esse; nec passuram Universitatem parisiensem ut Regulares in quos felici semper exitu non semel insurrexit, extrà positos sibi limites liberiùs exultent, quod esset non sine Ecclesiæ Gallicanæ, Reipublicæ et studiorum academicorum pernicie; in hoc misero rerum suarum articulo Universitatem Tolosanam primogenitam, quo maximè gloriatur, universitatis parisiensis filiam in parentis optimæ sinum confugere ac enixè petere ut ad suam causam in supremo Regis consistorio pendentem velit quamprimùm accedere.

Egresso è comitiis Mo. Barthe, re in deliberationem missâ, audito meritissimo syndico, rogatis dictis que sententiis, res visa est esse, si quæ unquàm fuit, maximi momenti, et quæ Tribunal academicum non mediocriter afficere debeat; placuit itaque unanimi omnium consensu rogari nominatos jam pridem de eo negotio deputatos, ut nullâ interpositâ morâ animum in illud et curam converterent; interim libellos memoriales Tolosanos deponi à Tolosano Deputato inter manus patronorum Universitatis forensium, ut de toto negotio sententiam ferre possint vocati ad Tribunal academicum, ità ut intrà quindecim imò et octo dies de postulatâ accessione actum sit; placuit insuper, si accedendum non censuerint patroni Universitatis forenses, quâcumque aliâ ratione, vel ex hâc ipsâ horâ, præsto esse laborantibus Tolosanis professoribus sæcularibus, tùm apud judices consistorianos, tùm apud illustrissimum regiorum sigillorum custodem quibus ampliari postulabitur; extemplò decreta est legatio academica ad illustrissimum eumdem regiorum sigillorum custodem.

Et sic conclusum fuit ab amplissimo Rectore qui revocato in comitia Mo. Barthe legit Tribunalis academici conclusionem./.

4°. accessit pariter ad Tribunal academicum Mer. le Bon, exprocurator seu ex-agens pædagogorum Universitatis, lecturus libellum memorialem sexdecim pædagogorum subscriptione munitum, in quo multis conqueritur de Mo. Verdier, è pædagogis uno, tanquàm autore et instigatore dissidiorum quibus conflagrat pædagogicum sodalitium ab initio agentiæ Mi. imbert; dein asserit, se, dùm agentiam exerceret, nihil in sodalitii commentarios retulisse de admissione Mi. Verdier quod abhorreat à

Decr. bis.

vero, quod non accepit sive à Tribunali academico, sive ex ove et scripsi amplissimi Rectoris Mr. Chabonnet, et populavit qua nomine quærari podalirii ut Tribunalis academici auctoritas de illis dissidiis et insanis turbis incesserat, et pacem comitiis pedagogicis restituat.

Digressus Mr. le Bon, rectit amplissimus Rector de illis dissidiis ac dixit tanta esse apud pedagogos certamina, tantos animorum æstus ut ipse et clarissimi Executores neminem tentaverint ac ad placidiorem mentem revocare; Nihilo minus tamen, cum Mrs. verdier in jus non fuerit vocatus, à Tribunali academico vocatus ejs amplissimus Rector ne dissidia illas amicè componere (rerum tentaret, vellet que ad Tribunal academicum repare. Hanc in se provinciam suscepit amplissimus Rector, et suspectam declaravit revocato in crastinum comitia Mr. le Bon. /.

6°. Quod dixit scriba Universitatis ex novissimis Administrorum ludovicæ- -orum responsis liquidò constare spem loci Chartii academicis deponendis idonei — deponendam esse; itaque se eo animo priorem sue habitationis partem Tabulario academico addixisse, non tamen suis impensis informandam et adornandam; Dictum fuit præfatos administros, cùm nullatenus possint hujusmodi locum, propè habitationem scribæ, ex legum prescripto improfessionarum Tabulario — academico decernere; in se procul dubio recepturos quidquid fuerint impensarum ad deponenda Universitatis instrumenta; mandatum que est scribæ rem conferat cum administri ludovicæis nomine Tribunalis academici. /.

Et sic peracto hi articulis, audito prius meritissimo syndico, conclusum fuit ab amplissimo Rectore. /. D'Imonchel Rector

Cùm festum divi Caroli magni incideret hoc anno in diem dominicam voluit publico mandato amplissimus Rector illud transferri in diem lunæ vigesimam nonam ejusd. mensis januarii: itaque —

Die Lunæ vigesimâ nonâ ejusd. mensis amplissimus Rector et proclavi artium facultas incæperunt solemni sacro quod ad memoriam Caroli magni in ade Navarricâ celebrari solet ex institutione Viri clarissimi M. Caroli Egasse du Boulay antiqui Rectoris et Universitatis, dum viveret, scribæ.

Die Martis trigesimâ ejusdem mensis Majores Universitatis officiarii cereos, pro more, deculerunt, Universitatis nomine, Minoribus Magistratibus. /.

Anno Dñi 1787, die Mercurii trigesimâ primâ ejusdem mensis habita fuit in ædibus academicis collegii ludovici magni comitia deputatorum Universitatis ad deferendos cereos

Ad 1^m. fuit se unicus supplex pro litteris Nominationis juxta artium Magistrii et Quinquennii M. Antonius ludovicus Carolus le Masson, diaconus parisinus; de quo retulit M^s. Camillus Camyer syndicus ac dixit se didicisse tùm ejus litteras Magistrii, tùm professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus à se fuisse vicè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; audito meritissimo syndico, placuit sua præfata supplici postulata concedi. /.

Deindè amplissimus Rector, Decani, procuratores cum adjunctis, — officiariis Majoribus, appariturisbus stationum, prævio cuique academico, cereos deculerunt præeuntibus illustrissimo parisiensium Archiepiscopo, serenissimo Aurelianensium Duci, singulisque superveniunt Curiarum præ-præsidibus; obsequuntur autem supremi senatûs, Regiorum subsidiorum, et vectigalium rationum præ-præsides quibus, intrà manus officiarii, velitum et cereus. /.

ANNO Dni 1787, die primâ februarii iidem amplissimus Rector, Decani, procuratores, cum adjunctis, Officiariis Majoribus, Ordinum Apparitoribus, prævio Cursore academico, contulerunt se Versalias, ibique cereos obtulerunt Regi, Reginæ, serenissimo Delphino, ac illustrissimo Regiorum sigillorum custodi. ubique amplissimus Rector orationes habuit tersas et nitentes, personis et rebus apprimè appositas, præcipuè apud Regem qui tenerrimo affectu commoveri visus est. /.

Die tertiâ februarii, horâ decimâ, amplissimus Rector, et præclara Artium facultas interfuerunt solemni sacro quod fit pro Magistris academicis vitâ functis, apud fratres prædicatores. /. Dumouchel Rector

ANNO Dni 1787, die tertiâ februarii, habita sunt in ædibus academicis Collegii Ludovici magni Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia

1°. supplicârunt pro litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii MM. Stephanus Cuel, Diaconus Ambianensis; Stephanus Dumont, presbyter Bellovacensis; Joannes Nicolaus Voyaux, presbyter sancti Deodatensis; De quibus retulit M. Camillus Camyer syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus à se fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito meritissimo syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi. /.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerunt acta in superioribus comitiis. /.

3°. Quod exposuit Mr. Delestré celeberrimus humaniorum litterarum professor in Cardinalitio, et Ornatissimus picardiæ procurator, se multùm, ac non frustrà, ut usu compertum est, insudasse in emendando et amplificando in usum studiosorum Universitatis opere cui titulus: Le jardin des Racines grecques; at illius operis privilegium ex inopinato occupasse Bibliopolam alterum ab illo quocum pactionem inierat; cujus ut cupiditati obviam eat, satis sibi non esse si novum à rei librariæ præfecto privilegium obtinuerit, nisi autoritate suâ velit academia parisiensis opus in studiosæ juventutis gratiam fructuosiùs elaboratum protegere; postulare itaque ut præfatum opus pluribus abhinc annis academicæ juventutis manibus tritum Academiæ præsidio quàm primum muniatur ne citiùs opinione adulterata editio et juventuti academicæ et sibi maximum detrimentum importet; ad expendendum opus illud nominati sunt Deputati MM. Haüy et Cerisier, uterque professor emeritus, alter litterarum in Cardinalitio, eloquentiæ alter in Grassinæo et Ornatissimus Normanniæ exprocurator; at, quoniàm periculum visum est in morâ, rogati sunt de eo opere, non expectatis sequentibus comitiis, referre ad amplissimum Rectorem, qui, auditis Deputatis, opus illud autoritate academicâ muniat. /.

4°. Quod dixit idem Ornatissimus picardiæ procurator se, de mandato et ex mente Deputatorum Universitatis, litteras misisse Mo. Belot scholæ Ribodimontensis præfecto, nunc desertori, nec tamen sibi fuisse ab eo rescriptum; Quod addidit amplissimus Rector ab Ædilibus Ribodimontensibus urbis nomine urgeri tribunal academicum ut quid de Mo. Belot consilii cœperit tandem ipsis aperiat; Dictum fuit mittendum esse ad Ædiles Ribodimontenses exemplar Epistolæ ad Mm. Belot directæ, quod et ipsi Ædiles

febr.

ad eumdem dirigant, ut intelligat Ribodimontensis Civitas quantæ sollicitudini et curæ res illa sit Universitati. /.

5°. Accessit ad Tribunal academicum Mer. Gueroult celeberrimus eloquentiæ professor in Grassinæo postulans licentiam docendi provisoriè Geographiam et historiam in eodem collegio ex fundatione Di. de Grassins et Mi. Daireaux; at, reclamante Mo. Cerisier in eodem collegio eloquentiæ professore emerito, et linguæ Græcæ actu professore in eod. collegio et sic juris illius possessore ad hanc diem pacifico, sensit Tribunal academicum Mo. Gueroult postulatum concedi non posse, nisi læsis alterius juribus, censuit que rem in disceptationem ex regulis juris cadere ac proindè diem dicendam esse partibus coram Tribunali ac foro academico propè diem habendo. /.

6°. Iterum comparuerunt MM. Dreue et le fevre de pensione ducentarum Libellarum antiquioribus Bursariis duobus Choletæis adscriptâ contendentes: atque

Mer. Dreue, in hac actione secundâ, prolata jam de discrimine Minorum et Majorum in domo Choletæâ Bursariorum argumenta contraxit; cum que fassus esset Mm. le fevre ex horum et illorum numero fuisse, sic institit hoc dilemmate: hanc sibi pensionem Mer. le fevre vindicat jure aut minoris aut Majoris Bursarii; sed ex statutis Choletæis ac subsequentibus decretis abundè confirmatum est hanc pensionem ad Minores Bursarios nunquàm pertinuisse; aliundè nomine Majoris Bursarii habendus sum, ipso fatente, antiquior, et sic utroque nomine sivè minoris, sive majoris Bursarii ab eâ pensione repellitur Mer. le fevre; neque enim audiendus est cùm, sublato inter utramque bursam trium annorum intervallo, utramque tentat, quasi per modum continui, conjungere; itaque se in postulatis se perseverare dixit Mer. Dreue.

Contrà Mer. le fevre, refricatis, quæ pariter in priore actione adduxerat, momentis, convulsis que iterum legum, quâ potuit, autoritate minores inter et majores Bursarios repagulis, contestatus est se Bursarium Choletæum septennio antiquiorem Mo. Dreue; nec sibi imputandam triennalem hujus Bursæ intermissionem quâ suum antiquitatis jus nec tollitur, nec læditur, imò quasi Corollarium suo juri accedere posteram suam inter Theologos adscriptionem; Triennalem hanc intermissionem nihil aliud esse quàm prioris Bursæ suspensum ex suspenso et planè dubio administrorum Ludovicæorum animo exercitium, quod confirmare aggressus est lectis è codice deliberationum Ludovicæarum pluribus articulis. præterea sibi faventia plurium testimonia protulit, ac præsertim luculentum Mi. Mimerel testimonium, quod elevare conatus est Mer. Dreue; asseveravit que Mer. le fevre hujusmodi testimonium à viro tàm laudato concessum verbis ità disertis et religiosis conceptum esse ut nullus suspectæ fidei superesset locus; atque in postulatis se perseverare dixit Mer. le fevre.

Auditis partibus, placuit meritissimum syndicum de eâ contentione sequentibus comitiis audiri. /.

7°. Comitia academica ingressus est Mer. de Corbinieres Di. d'Esneval procurator ad lites, et dixit vi plenæ potestatis sibi factæ à Do. d'Esneval paratum esse qui nomen suum subscribat conditionibus quibus quasi religione obstrictus tenebitur Dns. d'Esneval, ità tamen ut ejus debitum suum non faciat, nec illud teneatur ære suo dissolvere.

Propositis autem pariter et ab novâque parte auctis et probatis quæ sequuntur conditiones;

Concessit fuit à Tribunali academico Dⁿ. D'Epreval, ut liberè et solutus ab omni vigâ Universitatem nexu fiat, anni duo cum sex mensibus, hoc solutionis ordine;

Decurrente hoc februario mense pendet annus à die decimâ februarii 1766. ex forte duodecim millium libellarum concessas, sexcentas nempè libellas;

Decurrente Decembri proximo, tria libellarum millia;

Die decimâ februarii 1768 sexcentas libellas ex usuris ejusdem duodecim millium libellarum forti conflatas, quæ ad illam diem solvenda occurrent;

Die decimâ Augusti ejusd. anni 1768, tria libellarum millia cum usuris à die decimâ februarii superiori, et sic deinceps, singulis semestribus, donec eadem die decimâ Augusti 1769 ultimâ trium millium libellarum solutione, cum usuris à die decimâ februarii ejusdem anni liberè et solutus fiat Dⁿ. D'Epreval. /.

6º. Quod dixit sapientissimus Medicinæ Decanus de duplici fundatione à Mº. Jean Docove medico parisiensi instituendâ in Medicinæ scholis, ità ut illarum fundationum fors penès Universitatem sit quæ illam in scenam ad declinandum ejus ponet; visus est Tribunali academico ordini adhuc prospectum nec luculentis satis, super eâdem Universitati incommodus, ità supersedendum censuit Tribunal academicum. /.

9º. Lecto Mⁱ. Marcinot in gratiam Dⁱ. Gilbert, de quo supra, libello memoriali, dictum fuit communicandum esse cum Mº. Gerbier Universitatis patrono forensi et consiliario. /.

10º. Dictum fuit standum esse superiori de Dº. le Noir Universitatis Iacobo Conclusioni. /.

11º. Quod dixit amplissimus Rector Dⁿ. de Juvigny alacrem pariter se operis à se confecti de la decadence des lettres et des Mœurs Editionem, et postulavit ut sibi liceat divertam ad se ab amplissimo Rectore gratulatoriam epistolam alacri illi, quam adornat, editioni præfigere; placuit Tribunali academico summum Dº. de Juvigny postulatum ab amplissimo Rectore concedi. /.

12º. lecta et approbata est tabula vivorum academicorum qui tributum vectigium civitatis impositum, gallicè la Capitation, apud nobis Basilicam solvere tenentur. /.

Et sic superiis duodecim auriculis, audito prius de singulis meritissimo syndico, ab amplissimo Rectore conclusum fuit. /. Dumouchel Rector

ANNO Dni 1787, die veneris vigesimâ tertiâ februarii, habita sunt in ædibus academicis collegii Ludovici magni, comitia deputatorum Universitatis extrà ordinem ab amplissimo Rectore vitè convocata.

1º. jussu amplissimi Rectoris legi epistolam ad ipsum divertam ab honesto cive Dº. Jivet quâ asserbè conqueritur de ejus clave pædagogi Universitatis et Cancovio juvicâ in pueros ejus fidei commissos, ac præcipuè in filium suum in quem ibà crudeliter cuivis bovinis juvitum est à præfato pædagogo ne pervita dolore maceo abstinere non potuerit quin coram amplissimo Rectore asperum ac lividum filii brachium denudaret; lectâ epistolâ, commotum atrocitate pœnæ Tribunal academicum censuit diem per apparitorem dicendam esse præfato Mº. Le clave ut præsentem se sistat

febr.

in foro academico de objecto crimine responsurus. /.

2°. Comparuerunt juridicè vocati ad forum academicum MM. Gueroult actor et Cerisier, uterque professor eloquentiæ in collegio Grassinæo, hic emeritus, ille actu Regens.

Lis erat inter eos utri solvendæ obvenirent ducentæ et quadraginta sex libellæ à D°. de Grassins et M°. Daireaux cathedræ græcæ reditui superadditæ cum onere docendi Geographiam et historiam.

Uterque in auxilium causæ vocabat fundationem earum lectionum factam à D°. de Grassins et M°. Daireaux, quâ constat 1°. fundatas olim in Universitate à M°. Pourchot lectiones græcas, cum centum et quinquaginta libellarum annuo reditu. 2°. cùm autem reditus ille brevior videretur ac levior ut impellere posset virum eruditum, per modum amplificationis adjectas ejusdem cathedræ græcæ reditui fuisse ducentas et quadringinta sex libellas cum onere docendi Geographiam et historiam. 3°. professorem illum qui græcè legeret debere esse unum ex octo grassinæis professoribus ad optionem Tribunalis academici. 4°. quod si fortè illæ lectiones græcæ extrà septa Grassinæa aliquando traderentur, Geographiæ et Geographiæ lectiones à lectionibus græcis distractas cum ducentis et quadraginta sex libellis, ipso facto juris fieri professoris eloquentiæ Grassinæi actu Regentis.

Undè arguebat M^er. Gueroult, actor, cùm M^er. Cerisier electus olim qui græcè legeret, jam non esset unus ex octo professoribus Grassinæis, pleno jure sibi devolvi ducentas et quadraginta sex libellas, cum onere docendi Geographiam et historiam, ex obvio fundationis sensu; postulavitque mitti in muneris et reditûs possessionem juxtà articulos secundum et tertium.

Ex alterâ parte M^er. Cerisier contendit 1°. possessionem et titulum penès se esse, nec iis unquàm excidisse, imò anno proximè elapso, cùm à superiore Decembri mense Rhetoricam in Grassinæo alteri tradidisset docendam, nec jàm esset unus ex octo Grassinæis professoribus, programmata de iis lectionibus publicè edidisse, et de facto græcè legisse, nemine reclamante ne quidem M°. Gueroult, tùm professore Rhetorices in Grassinæo actu Regente. 2°. se anno 1773 ritè electum fuisse à Tribunali academico qui eas lectiones auspicaretur, unum ex octo, ut jubet lex, Grassinæis professoribus. 3°. legem illam omninò silere de destitutione professoris sic electi, si quandò desierit unum esse ex illis octo professoribus, nec addere legi licere ad nutum M^i. Gueroult eam destitutionis poenam; quin, legis mentem ex fundatoris mente et ore accipiendam esse; fundatorem verò non semel declarasse, dùm viveret, benè actum esse cum eo professore quod ad ejus pensionem emeritam aliquandò accederet non mediocre quadringentarum libellarum stipendium; extemplò testimonium protulit Gymnasiarchæ Grassinæi, pollicentis insuper se ad causam M^i. Cerisier accessurum; cui testimonio addidit idem M^er. Cerisier suffragium plurium in collegio Grassinæo professorum, sive emeritorum, sive actu Regentium. quibus de causis in postulatis perseverare se dixit.

tùm M^er. Gueroult fieri sibi postulavit alterius actionis copiam quâ

Mi. Cerisier argumenta dilueret. Re in deliberationem missâ, placuit Tribunali academico ampliari. /.

3°. De libro cui titulus: jardin des racines Grecques ad usum Academicæ juventutis recognito, emendato, amplificato à Mo. Carolo ludovico Alberto — Delestré quem postulavit ut sibi liceret sub Universitatis auspiciis vulgare, audita est MM. Haüy et Cerisier de eâ re Deputatorum relatio cujus tenor sequitur: "jussu Tribunalis academici novam editionem perlegimus libri cui titulus: le jardin des racines Grecques &c. à paris, chez colas 1783 adornatam à viro clarissimo Mo. Delestré litterarum in collegio Cardinalitio professore, qui, cùm inutilia quædam sustulerit, alia commodiùs ordinavit, obsoletis vocibus usitatiores substituit, ac præsertim Dictionarium etymologicum permultis auctum vocabulis lucidiorem in ordinem digessit. itaque hanc editionem Magistrorum jàm complurium suffragio et usu comprobatam, cæteris emendatiorem et locu-pletiorem, adeo que juventuti academicæ utiliorem judicavimus. parisiis die 3a. februarii 1787. signatum Haüy et Cerisier."

Re in deliberationem missâ, placuit unanimi consensu gratias haberi et agi Mo. Delestré quod operam studentibus tàm utilem susceperit ac feliciter consummaverit, ipsi que fieri potestatem operis illius edendi sub auspiciis et nomine Universitatis. /.

4°. De Mo. Belot qui tandem rescripsit, ac multis, ut absentiam excusaret, causatus est intricata negotia et valetudinem, Dictum fuit significandum esse ipsi ejus loco vicarium substitutum iri, nisi tertiâ quadragesimæ Dominicâ scholam suam Ribodimontensem repetierit, nec aliâ conditione ex pensionis honorariæ trimestri octobris recepturum esse sexaginta libellas. /.

5°. Rogatus est integerrimus Quæstor ut Mo. de Corbinieres mandet inter conditiones Do. D'Esneval impositas unam omissam restituat, nempè à præfato Do. D'Esneval solvendum esse quidquid factum fuerit impensarum in exigendâ ab ipso juridicè pecuniâ. /.

6°. Quod dixit amplissimus Rector parendum esse decreto supremæ curiæ de lustrandis collegiis anno superiore emissum, censuit Tribunal academicum obtemperandum esse ei decreto, lustranda que collegia post absolutas de concursu exercitationes. /.

7°. Retulit scriba universitatis se de mandato Tribunalis academici accessisse ad consilium ludovicæum de impensis ad usum tabularii academici faciendis, sibi que planè negativè responsum fuisse. tùm facta est ei potestas à Tribunali academico arcas et tabulas, quibus opus erit, in anteriore ejus habitationis parte disponendi, impensis universitatis. insuper rogati sunt de eâ re Deputati Consultissimus jurium Decanus et ornatissimus picardiæ procurator ut vellent ludovicæum idem adire consilium ab ipso postulaturi legitimum deliberationis exemplar quâ nec dari posse nec à se deberi contendit locum recipiendis chartis et instrumentis academicis idoneum, ab ipso tamen propè habitationem scribæ ex legum præscripto concedendum. /.

Martius

8°. indicaest veniæ academicæ supplicationibus diei decimæ quartæ Martii ad adem deo faciam pro invocatione sancti Medardi. /.

Et sic super his occa auriculis, audico priùs de singulis M°. Camillo Camyer syndico, ab amplissimo Rectore conlectum fuit. /.

Dumouchel Rector

Anno Dñi 1787, die tertiâ Martii; habita fuit in ædibus Academicis collegii Ludovici magni, Ordinaria Deputatorum Universitatis comitia. /.

1°. supplicâverunt pro litteris Nominationis juxta Magisterii artium ac Quinquennii MM. franciscus Adrianus Mellier, Diaconus Ambianus; f. Nicolaus d'Alvange, presbyter Mecensis, fortiæ Observantiæ Ordinis Cluniacensis expressè professus; Antonius petrus Lamouroux, Diaconus sanctoriensis; franciscus Mouzieres, Diaconus parisinus; petrus Flavinundus Darras, presbyter ambianus; jacobus Robert de la croix, Acolythus lexoviensis; Natalis franciscus Frigot, presbyter Rotomagensis; postreà supplicavit pro iisdem litteris Nominationis, juxta Baccalaureatus in utroque juxta Gilbertus Boucavel, presbyter Clivomontensis; de quibus vocatis M°. Camillus Camyer syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum sive litteras Magisterii, sive litteras Baccalaureatus in utroque juxta, tùm professorum, quos audiverunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse vicè conferatum, coram que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; itaque placuit pia proboscis supplicibus populata concedi. /.

2°. lecta et recognita sunt quæ fuerunt acta in superioribus comitiis, tùm ordinariis quàm extra ordinem habitis. /.

3°. adfuit ad tribunal academicum vigilantissimus collegii Graffinati Moderatore M°. de Neuville lectum libellum memorialem quo duo maximè declarabat; 1°. intervenisse se in causam M°. Cavisien, motu fulicæ inconcussè, ut sibi videtur, momentis quibus in eâ piâ actione coràm tribunali academico usus est M. Cavisien. 2°. quod ipse nullis discordiis imbutus aquâ admodùm fervet M^m. Guevoult, ex sibi alieno potiùs quàm proprio impulsu, convicia in eos fas infuxisse in M^m. Cavisien, virum alioqui à nacuâ pacis amantissimum, felicem decessoris in promovendâ laude Graffinaâ æmulum. /.

Deindè intervenere se ne admittatur pactum in eâ causâ consensum inter M^m. Guevoult et Cavisien 1°. quod nec donis aut recipiendis ullum sit aut ne ame specie Dominii jus aliquod in annuum, quem inter se dividunt, vadium. 2°. quod ex pacto laudatum ex collegii Graffinati, cujus est singulari et propria fori illius vadium, et professorum Graffinatorum jura, qui vacante cathedrâ Graecâ, singuli pari spe ad eam regendam aspirare possunt. "quapropter, inquit, vos vos ex obtestor ne ullam intervenionis meæ in causam M°. Cavisien linguæ Græcæ professoris in collegio Graffinato vacuæ et quærendum habere velitis; ne dicat M°. Guevoult facultas docendi Geographiam et Gigoviam non concedatur, nisi priùs renunciave se publico instrumento, quod in commentariis regiis inscribatur, declarat omnibus emolumentis ex fundatione M°. Pourchot, Dⁱ. de Graffigny et M°. Daireaux provenientibus; ne M°. Cavisien jus docendi linguam Græcam verbâ amovicare confirmetis; denique intervenit nomine totius Graffinati domûs ne stipendium cathedræ Græcæ aliquâ ex parte defraudetur, et aliam que

et intervencionis et intervellionis sua populavit, qui ipsi concessus est.

Deindè comicia ingressus est Mr. Roux philosophia professor in Grassineo sno et MM. Guyard et Mouchard in eodem collegio professorum nomine, qui protulit et in manus syndici Universitatis deposuit instrumentum intervellionis ne admitterentur partium inter se Mros. Quevoult et Cerisier conventum, et actum intervellionis sua populavit qui et ipsi concessus est.

Tùm accessit Mr. Quevoult qui bonâ fide et pacis ergò pactionem illam initam fuisse dixit à litigantibus, spemque sibi factam fovere eodem animo audivisse à Tribunali academico, et eâ spe ad hoc comicia adductum fuisse, cavisse minùs ea pactio avidevet, sibi diem ad causam prosequendam populave.

Denique accessit etiam Mr. Cerisier, legit que articulos proposita pactionis et ab utroque litigantium publicata, qui sic se habent: 1°. M. Cerisier abdicat se cathedrâ græcâ, retentâ ad vitam ejusdem cathedræ redditu duorum libellarum pensione, ità tamen ut sibi liberum sit per quinquennium prosequi, quas incepit, lectiones græcas. 2°. vacuum Tribunal academicum ne velit eligere Mr. Quevoult in professorem litterarum græcarum in Grassineo. 3°. nec velit locus esse ullis aliquâ prosequi articulis nisi pactionem obtineant à Tribunali academico; præterea nisi auctoritate præventi senatûs municantur. Quibus lectis, populavit Mr. Cerisier ut, si minùs placerent illi articuli, intrà comicia revocaretur causam ipsam dicturus.

His omnibus auditis, ne in deliberationem missâ, audito Mr. Camillo Camyer syndico, vocatis dictis que sententiis, cepit Tribunal academicum 1°. admittendam esse intervellionem tùm Gymnasiarchæ, tùm professorum Grassinæorum, ea lege ut juxtà juris formulas significaretur; concedendum iis actum sive intervencûs in causam Mr. Cerisier, sive intervellionis convèntum partium inter litigantes consensum. 2°. sententiam de eâ causâ, sine ullâ procrastinatione, die mercurii decimâ quartâ hujus mensis ferendam. 3°. initam inter litigantes transactionem, qualis Tribunali academico oblata est, rejiciendam. Et revocatis intrà comiciorum sepes partibus hanc conclusionem declaravit amplissimus Rector.

4°. accessit ad Tribunal academicum presbyter Rivensis Joannes Mauricius fuève Duplan, vir pietate spectabilis, eruditis et latinis litteris imprimis eruditus, qui in usum Religionis et scientiarum suas fortunas bene profundere cupiens, psalmos græcè et Concones ex scriptoribus græcis excerptas, aliarum editionum, quæ meditatus primus foetus, non modò suis sumptibus edidit, sed edictas eodem munificentiæ animo juvenibus academicis græcis distribuendas curavit; unum id sibi facis fore mercedis elegantissimâ ovatione latinâ dixit si qualemcumque opus suum vellet Universitas Parisiensis sibi dicatum, conservatum et in Bibliothecâ asservatum. Censuit Tribunal academicum egregiam vivo de religione et litteris optimè merenti habendas et agendas, accipiendum summâ memoriæ animi significatione oblatum munus exemplum, dignum Religionis et litterarum amantissimâ Universitate, illud que in Bibliothecâ suâ asservandum; insuper tradendum cujusque conclusionis exemplum per manus amplissimi Rectoris Calendis proximo presbytero Rivensi Joanni Mauricio fuèvo Duplan, in gratissimi animi monumentum.

5°. stitit se coram Tribunali academico vocatus ab amplissimo Rectore per apparitorem, ex conclusione in ultimis comitiis latâ, M. le Cleve Universitatis et Cancelli pædagogus, qui non sine summo pudore culpam confessus petit ut in Tribunalis academici humanitate sibi esset perfugium. Censuit Tribunal academicum hâc vice aliquatenus indulgendum esse reo confitenti; monendum tamen ne in posterum abstineat ab insolentiis in cæsipendo puero academicis, aliis pœnis et carceris utatur; ni faciat, litteris pædagogicis privatum ivit.

Mart.

6°. Quod dixit amplissimus Rector ad aures pervenisse convocatos ab Agente pedagogos Universitatis ne virgulâ campestri notavent quosdam libri de la decadence des lettres et des Moeurs Academia amplissimi auriculos, tanquam publici inspectoribus parum favente; placuit vocari procuratorem seu Agentem pedagogorum ad proxima comitia qui de facto interrogatus responderet, proferat que si fodalitii commentariorum edictum /.

6°. Auditus est de transactione cum heredibus Caroli Bouguet inundâ Consultissimus antecessor de eâ re Deputatus M. delatte qui paulum mora sibi fuisse dixit ne summa quinquaginta millium libellarum aliquatenus deminuta juve emoluti manipli, quod deinde nullatenus deberi compertum est diligentiâ Ornatissimi Germania procuratoris; insuper de transactionem probatam pollicitusque absolutam exhibere in proximis comitiis. Annuerunt vivo Consultissimo Deputati Universitatis, Censuerunt que ipsum sportulâ academicâ esse donandum /.

Et sic superbis, audito prius meritissimo Syndico, concludit amplissimus Rector /. Dumouchel Rector

Anno Dñi 1764, die martii secundâ martii, feriâ tertiâ secundæ hebdomadis quadragesimalis, horâ septimâ matutinâ, habita fuit in aulâ academicâ collegii ludovici magni comitia generalia Universitatis ad aperiendum proculum, move Majorum

Primùm audito ac requirente Mo. Camillo Camyer Syndico, vocati — dicti que fuerunt, placuit retineri antiquas consuetudines, atque adeò aperiri Nominationum proculum /.

Et sic concludit amplissimus Rector /. Dumouchel Rector

Deindè in aulam tribunalis academici itum est, ubi audita et approbata fuit vacationes expensi et allegati à Mo. Antonio Malon, antiquo Rectore et Universitatis Bibliothecario per decursum anni 1763. exhibi compertum est expensam esse à Doctissimo Bibliothecario summam nongentarum libellarum bigas octoginta duas, cum quatuordecim assibus (962tt. 14s.) atque adeò ex allegatâ mille libellarum summâ superesse in manus Doctissimi Bibliothecarii septem et decem libellas cum sex assibus /.

2°. Comparuit, ne sibi mandatum fuerat ab amplissimo Rectore, procurator seu Agens pedagogorum Universitatis cum pedagogiis commentariis, qui interrogatus de pedagogorum à se factâ convocatione ne expendendum ne nocuerunt quidam auriculi ex libro cui titulus de la decadence des lettres et des Moeurs ab Academiâ laudato et approbato, negavit nullam fuisse ejusmodi convocationem à se factam eoque deprehendi posse tali convocationis vestigia, et in fidem negavit probatis inspicienda et evolvenda à Deputatis academicis commentaria pedagogica in quibus nullum profecta convocationis vestigium repertum est.

At; occasione arreptâ, Ornatissimus picardia procurator jam denunciatum à se de delato ad rerum civilium propagatorem cervo Novationem à Mo. le Bon anno 1765 agente in iij commentariis inspicuam legi postulavit; lecta que visa est ad vitulum composita; itaque vocata est ab amplissimo Rectore in margine et cancellata omnium Deputatorum suffragio /.

3°. transactionem seu transactionis propositum legit Consultissimus antecessor

M. Delacave inter Universitatem et Gaudeo Caroli Bougant inemenda; nec tamen quidquam desâ statutum; Cui enim quasi fulmine adacti à suâ sede convulsi Ornatissimus picardiæ procurator, cujus miserando casu commoti et excitati à sedibus sui omnes Deputati et Officiarii majores quidquid opis in illis fuit ipsi convulerunt, nec abstitêre donec paulisper eorum ac præcipuè solubervimæ faubraij Decani cuvi vecordes, ad lares deducti est, comitatu picardiæ apparitore, vix omnium alioquin vocis fragatus; ecsic soluta sunt comitia. / Damouchelz Rector

Anno Dñi 1787, die mercurii decimâ quartâ mensis Martii, horâ quartâ pomeridianâ, habito sunt in ædibus academicis collegii ludovici magni Comitia Deputatorum Universitatis extra Ordinem, per amplissimum Rectorem vitè convocata; nec illi defuit Academiæ Matris amor et amans Ornatissimus picardiæ procurator M. Delessé. /.

1°. M. Delacave iterum legit transactionis formulam Universitatem inter et Gaudeo Caroli Bougant inemendam. quâ lectâ, cum pauca quædam dubium de movam facere videbentur, postulavit meritissimus syndicus ut sibi in manus traderetur accuratiùs perpendendâ, assumpto sibi comite ex Univ.tis Quæstore, ut vero secundùm exactiorem juris formulas agerentur. annuerunt meritissimo syndico Deputati Universitatis ac eam transactionem in manus ejus tradi curarunt, adjunctis M°. Delacave et Inter.or Quæstore, qui communicatis inter se consiliis rem diligentiùs examinarent ne de eâ ulterius tandem referretur ad Tribunal academicum. /.

2°. Audita sunt MM. Guyard et Roux pro et M°. Mouchard nomine intervertionis suæ, de quâ supra, juxtà juris formulas significata actum postulantes qui ipsis concessus est.

Deindè tertium comparuerunt MM. Gueroult et Cerisier in hac ultimâ suâ actione audiendi; et M. Gueroult actor, posito controversiæ statu, rerum ad fundationis et fundatorum sensum M. Cerisier titulo professorio linguæ græcæ sibi debeat annuos ducentarum et quadraginta sex libellarum vectis à D°. de Grassins et M°. Daireaux tenui cathedra græca addito, contendit eam pecuniæ summam deberi quidem probato linguæ græcæ professori, modò sit unus ex octo professoribus Grassinaij, sed M. Cerisier per voluntariam ac liberam abdicationem jam potuisse inter illos octo professores numerari, imò nec numerandum esse inter professores in Collegio Grassinaco emeritos, qui ipse qui cursum viginti annorum non in eo collegio, sed in probibilio gerarii numeris absolverit; ipsum posse quidem brevi annuo cathedra græca vectis quam definivit M. Pouvelot, non verò ducenis et quadraginta sex libellis à D°. de Grassins et M°. Daireaux eidem cathedra græca affixis eâ lege ut qui eam exerceret et effectus ex octo professoribus, et gratis legeret in collegio Grassinaco; quæ conditiones si deficerent, ducenos et quadraginta sex libellas protinùs juris fierent professoris eloquentiæ Grassinaij cum onere docendi Geographiam et Historiam; quibus verbis apertè declarare fundatores novissimi voluisse se eam linguæ græcæ cathedram propriam Collegii Grassinaij et peculiarem fore, atque ità ejus collegii gloriæ et laudi cedere, laudandam quæ amendare inter octo professores æmulationis flammam.

Mart.

quo vota invita cadevent, si gratiæ legavet etiam in Grassinao M. Cevisier inter octo professores non numerandus, nec numerandus; unde in populatis se perseverare dixit M. Guevoult, nempè ut sibi licaret Geographiam et Historiam, juxtà leges positas à D^o. de Grassins et M^o. Daiveaux, docere in Grassinao.

Contrà reposuit M. Cevisier non secus, ac contendebat M. Guevoult, sed conjunctim ac individuum auspiendos esse 2um et 3um fundationis M^i. Daiveaux articulos, ex quibus, si inter se conferantur, liquet intendisse M^{us}. Daiveaux amplificare in perpetuum et, quod aiunt, invocabilicet vectigal Cathedræ græcæ annuum eâ lege 1°. ut professor græcè legat in Grassinao; 2°. ut sit electus à Tribunali academico unus ex octo Grassinais; qua quidem electio locum habere non potest, nisi Cathedrâ græcâ vacante; si græcè legens in Grassinao, electum fuisse unum ex octo; Cathedram illam non vacare; nec diversè nec inadversè ejus posse, ex fundationis verbis, fundatores intendisse, si modò eos fanâ mente fuisse velit M. Guevoult, ut professor Cathedræ græcæ vicè electus ex octo, non legens græcè in Grassinao removeretur à Cathedrâ, cui ea indutus pretio sciderentur, cùm desineret temporum decursu professor ille unus esse ex octo Grassinais; unde concludit M. Cevisier amplificationem vectigalis Cathedræ græcæ perpetuò addictam à M^o. Daiveaux sibi debere, quandiù his conditionibus stabit, atque ideò in populatis se perseverare dixit.

Auditis partibus, sivè inconvenientibus, sivè intercedentibus, sivè litigantibus, audito M^o. Camillo Campet syndico, lectis et collatis tum ex fundationum instrumentis tùm M^i. Pouvchot, tùm D^i. de Grassins et M^i. Daiveaux, lectis pariter testimoniis in gratiam M^i. Cevisier quibus declaratur à legibus idoneis quæ mens fuerit M^i. Daiveaux, Re in deliberationem missâ, rogatis dictis quæ sententiis, Censuit Tribunal academicum admittendum esse partium litis intervenientium intervenctum; admisso eorum intervento, excludendum esse à populatis M^{us}. Guevoult, adhærendum que, in quantum opus est, M^o. Cevisier possessionem duarum vectigalium annui partium vectigali Cathedræ græcæ annuo quem instituit M. Pouvchot addictarum à D^o. de Grassins et M^o. Daiveaux. /.

Atque ità concluso amplissimus Rector, sententiam que Tribunalis academici vocatis partibus declaravit. /.

Dumouchel

ANNO Dñi 1767, die decimâ sextâ mensis Martii, habita fuit in ædibus academicis collegii Ludovici magni Comitia Deputatorum universitatis ante solemnes supplicationes.

1°. supplicârunt pro licentia ad ominationis sive magisterii artium et quinquennii M^{ri}. joannes franciscus firminus Daive, presbyter Ambianus; franciscus le Clerc, presbyter parisinus; joannes franciscus Valericus Delavauville, presbyter Ambianensis; joannes Baptista Ludovicus Robin, presbyter pariter observantiæ ordinis cluniacensis expressè professus; josephus Coelestinus Goussier, Diaconus Audomarensis; Augustinus Frederic Damoiseau de la Bande, Diaconus Lingonensis; joannes petrus Michaël Marchpoix, presbyter Bellovacensis; Maria Georgius franciscus Chavencier, Diaconus Audomarensis;

GEN. D. PARIS EXTRAORDI

franciscus ambrosius Augustinus Tiger de Rouffigni . . . . . .
joannes Baptista poullain, presbyter Ambianensis; de quibus retulit M. Camillus Camyer syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod varia nomina subrepserint in litteris testimonialibus M. Tiger de Rouffigni, qui modò sic vocatur, modò Tiger de Nolan; postulavit igitur meritissimus syndicus ut præfato M. Tiger de Rouffigni litteræ Nominationum non expediantur nisi actum Notorietatis exhibeat quo constet Tiger de Nolan eamdem esse numero personam ac Tiger de Rouffigni. placuit Tribunali academico sua præfatis supplicibus postulata concedi, eâ tamen lege ut non expediantur litteræ Nominationum non expediantur, nisi actum Notorietatis exhibeat quo constet de vero nomine M. Tiger de Rouffigni. /.

2°. De transactione inter Universitatem et hæredes caroli Bougaut retulit consultissimus antecessor eâ de re Deputatus M. de lattre, absolutum tandem esse negotium illud et communicatis cum meritissimo syndico et integerr.° Quæstore consiliis omnia fuisse ad pacem composita; lectisque articulis ac præcipuè iis quibus aliquid immutatum aut additum fuerat, id que ex sententiâ M. hardouin hæredum patroni, auditus est M. Camillus Camyer syndicus de eâ transactionis formulâ; quo audito, re in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis, placuit Tribunali academico gratias haberi et agi maximas consultiss.° antecessori M.° de lattre ob indefessum studium et singularem ejus diligentiam in eâ re promovendâ; 2°. laudari et approbari eam transactionis formulam, qualem in his comitiis obtulit consultiss.us antecessor, qui eam tradere scribæ Universitatis pollicitus est, ubi dilucidiùs amanuensis manu exscripta foret. /.

3°. Sacramentum præstiterunt inter manus amplissimi Rectoris librarii octo novi à rei librariæ syndico præsentati, scilicet joannes la Grange; joannes fabre; henricus Laurentius Crescend; Michaël Daniel le Sellier; Antonius le fevre Lordet; franciscus Belin; franciscus Augustinus le Clerc; ludovicus Nic. Lallemant de Censieres. /.

Deindè itum est in aulam academicam ubi post habitam ab amplissimo Rectore orationem elegantissimam in quâ præcipuè enituit illustriss.i ac desideratiss.i viri D. de vergennes, rei bellicæ, dùm viveret, administri, nativis depicta coloribus imago, omnes ordines rata et grata habuerunt quæcumque gessit idem amplissimus Rector in suo trimestri magistratu, ei que decreverunt litteras commendatitias perhonorificas; insuper amplum comitatum polliciti sunt ritè processuro ad ædem deo sacram sub invocatione sancti Mederici.

Ibi pontificem egit M. le fevre Doctor Theologus, sorbonæ senior; Orationem sacram habuit ad populum M. piévert, Doctor Theologus, eucharisticam ad pontificem M. joannes franciscus Alexander le fevre, Grammaticæ professor in Marchiano. /.

Iisdem anno, mense et die, horâ post meridiem quintâ, habita sunt in ædibus academicis collegii Ludovici magni comitia Deputatorum Universitatis extrà ordinem ad dijudicandam litem inter MM.rs Dreue et le fevre motam, et

Mart.

ab iis disceptatam coràm Tribunali academico diebus decimâ tertiâ januarii et tertiâ februarii. /.

Auditis itaque partibus, audito Mo. Camillo Camyer syndico, lectis omnibus ad eam causam pertinentibus instrumentis, scilicet statutis Choletaeis, Bullâ Bonifacii data annis 1296 et 1298, lectis pariter reformatione factâ jussu supremae parisiensis curiae à MMis. Pirot et Pourchot anno 1704, articulo decimo tertio tituli 2di. litterarum patentium an. 1767 datarum et litteris patentibus an. 1780 emissis; collato insuper tùm veteri tùm novo domûs Choletaeae statu, sivè antè sive post unionem ejusdem domûs ad collegium Ludovicaeum; habitâ etiàm ratione Nominationum et Mi. Dreue, et Mi. le Fevre ad bursas Choletaeas, rogatis dictis que sententiis, Dictum fuit à Tribunali academico Mm. Dreue, doctorem Theologum, antiquiorem esse Mo. le Fevre, doctore etiàm Theologo, domûs Choletaeae Bursarium; undè Declaravit idem Tribunal academicum praefatum Mm. Dreue aptum et idoneum qui fructum percipiat juribus et privilegiis antiquiori Bursario Choletaeo concessis ex articulo decimo tertio tit. 2di. Ordinationis alligatae sigillo ex adverso apposito litteris patentibus die vigesimâ Augusti anno 1767 datis

Sicque conclusit amplissimus Rector, et, revocatis partibus, iis sententiam Tribunalis academici Declaravit. /. Dumouchelz Rector

Anno Dni 1787, die decimâ sextâ mensis Martii habita sunt in Aedibus academicis collegii Ludovici magni comitia Deputatorum Universitatis antè solemnes supplicationes.

1°. supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii MM. joannes franciscus firminus Daire, presbyter Ambianus; franciscus le Clair, presbyter parisinus; joannes franciscus Valaricus Delanainville, presbyter Ambianensis; joannes Baptista Ludovicus Robin, presbyter strictae observantiae Ordinis Cluniacensis expressè professus; josephus Coelestinus Houssier, Diaconus Audomaraeus; Augustinus fredericus Damoiseau de la Bande, Diaconus Lingonensis; joannes petrus Michaël Marchoix, presbyter Bellovacensis; Maria Georgius franciscus Charpentier, Diaconus Audomarensis; franciscus Ambrosius Augustinus Tiger de Roufigni; joannes Baptista Poullain, presbyter Ambianensis; de quibus retulit meritissimus syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod varia nomina subrepserint in litteris testimonialibus Mi. Tiger de Roufigni, qui modò sic vocatur, modò Tiger de Nolan; postulavit igitur meritissimus syndicus ut praefato Mo. Tiger de Roufigni Litterae Nominationum non expediantur nisi actum Notorietatis exhibeat quo constet Tiger de Nolan eandem esse no. personam ac Tiger de Roufigni.

placuit Tribunali academico sua præfatis supplicibus postulata concedi eâ tamen lege ut Mo. Tiger de Roufigni litteræ nominationum non expediantur, nisi actum Notorietatis exhibeat quo constet Tiger de Nolan eamdem esse no. personam ac Tiger de Roufigni. /.

2o. De transactione inter Universitatem et hæredes caroli Bougaut retulit consultissimus antecessor eâ de re Deputatus M. de Lattre, absolutum tandem esse negotium illud, et communicatis cum meritissimo syndico et integerr. Quæstore consiliis omnia fuisse ad pacem composita; lectisque articulis ac præcipuè iis quibus aliquid immutatum aut additum fuerat, idque ex sententiâ Mi. Hardouin hæredum patroni, auditus est M. Camillus Canuser, syndicus de eâ transactionis formulâ; quo audito, re in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis, placuit Tribunali academico gratias haberi et agi maximas consultiss. antecessori Mo. Delattre propter indefessum ejus studium et diligentiam singularem in promovendâ re; 2o. laudari et approbari eam transactionis formulam qualem in his comitiis obtulit consultiss.us antecessor, qui eam tradere scribæ Universitatis pollicitus est ubi dilucidius amanuensis manu exscripta foret. /.

3o. Sacramentum præstiterunt inter manus amplissimi Rectoris Librarii octo novi à rei Librariæ syndico præsentati scilicet joannes la Grange; joannes Fabre; henricus ludovicus Crescend; Michaël Daniel le Tellier; Antonius le Fevre Lordet; franciscus Belin; franciscus Augustinus le Clere; ludovicus Nicolaus Lallemant de Censieres. /.

Deinde itum in aulam academicam ubi post habitam ab amplissimo Rectore Orationem elegantissimam in quâ præcipuè enituit illustrissimi ac desideratissimi viri Di. de Vergennes, rei bellicæ, dum viveret, administri, nativis depicta coloribus imago, omnes Ordines rata et grata habuerunt quæ gessit idem amplissimus Rector in suo trimestri magistratu, ei quæ litteras decrevêre commendaticias perhonorificas, insuper amplum ei polliciti sunt comitatum ritè processuro ad ædem Deo sacram sub invocatione sancti Mederici. /.

Ibi pontificem egit M. le Fevre, Doctor Theologus, Sorbonæ senior; Orationem sacram habuit ad populum M. Piévert, pariter Doctor Theologus; Eucharisticam ad pontificem M. joannes franciscus Alexander le Fevre, Grammaticus professor in Marchiano. /. Dumouchel Rector

Anno Dni 1787, die sabbati vigesimâ quartâ mensis Martii habita sunt in ædibus academicis collegii ludovici magni Comitia generalia et Rectoria præclaræ artium facultatis, in quibus

Post habitam ab amplissimo Rectore elegantissimam orationem quâ exposuit quæ gesta sunt in suo trimestri Magistratu, surrexit M. Royou, celeberr.us philosophiæ professor in collegio ludovici magni, conquerens jus sibi denegatum fuisse in duobus Gymnasiarcharum et professorum comitiis: nempè in illis comitiis proposuerat M. Royou deliberandum utrum professor in facultate artium emeritus, ad superiorem, Theologicam videlicet, facultatem

Mart.

convolans privaretur aut frui posset pensione in facultate artium per viginti annorum spatium emeritâ. in prioribus comitiis, cùm dubitaretur quâ parte staret suffragiorum pluralitas, re infectâ discessum fuerat; in posterioribus, cùm M. Royou legisset libellum memorialem et verbis et toto ferè contextu in omnes et singulos mordaciorem, indignantibus animis pariter discessum fuerat. in his præsentibus humaniorem se præbuit M. Royou, rogavit ut verba, quibus usus fuerat, duriora, à ratione forsan etiam aliena sibi in juris denegationem non verterentur, sed benignè excusarentur; pollicitus quæ est, si sibi dies altera à Nationibus daretur, quod supplex postulabat, causam modestiùs expositurum. /.

2°. factâ supplicandi potestate, supplicârunt pro nominis immutatione, M. Thomas Maclovius Girard Dudemaine, presbyter Massilitanus, sacræ facultatis Doctor Theologus et professor in Theologiâ septennis qui malè scripserat se Dudemaine Girard; joannes maria Theodorus Marest, acolythus Meldæus qui Meldensem; Gilbertus Boutarel, presbyter claromontensis qui se claromontanum, scripserat; joannes petrus victor Arnal, acolythus Vabrensis, qui omiserat in catalogis nomen joannes; Leonardus Gouzon, lemovicensis qui loco Gouzon scripserat Belfond; jacobus Andreas philibertus de la Boderie, clericus sagiensis, qui morbo impeditus nomina non dederat in catalogis prioris semestris anni 1785, sub M°. fournier; petrus Guillelmus Gachot, presbyter suessionensis qui eadem de causâ omisit nomen dare catalogis prioris semestris anni præsentis; franciscus Maria josephus Gosse qui litteris regiis munitus postulavit ut biennium philosophicum in Universitate Duacenâ nobiscum non foederatâ, pro uno anno parisiis confecto sibi imputaretur; Magister Ludovicus Amandus Constantius du Boncorps de la Begassiere, subd. Macloviensis, propter inversum nominum ordinem et quod scripserat se Amatum: pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos, Carolus Bruno josephus de plantous, propter Opthalmiam quam testantur M. Grandjean et Doctor medicus parisiensis M. fumée; clarus ludovicus Drohard, clericus Bellovacensis propter carpi dexteri rigidam incurvationem ut scripto testatur Doctor med. p. M. du Mongin.

De his decem supplicibus nil vidit meritissimus syndicus quod indulgentiam remorari posset; de sequentibus non item, sed dixit: vos ipsi videritis.

Pro immunitate scribendi codices philosophicos; franciscus fredericus Cotterel, clericus Ambianus, propter pectoris infirmitatem quam scripto testatur Doct. med. paris. M. fumée; joannes Baptista ludovicus Lavoisier, clericus Rothomagensis, propter gravem pectoris debilitatem quam scripto testatur D. m. par. M. Corvisart; florentius josephus Bellot, propter laboriosum in scribendo situm quem scripto testatur D. m. par. M. le Clerc; petrus joannes Baptista paschalis Dubois, Bellovacensis, propter pectoris infirmitatem quam scripto testatur D. med. par. M. Morisot; Gabriel préau propter tussim et pectoris dolores quos scripto testatur D. m. par. M. Ravel; Carolus Antonius Ludovicus Thiébaud, Bisuntinensis, propter pertinacem pectoris morbum quem scripto testatur D. med. par. M. Descemet; Maria Andreas Ruinet, propter insitam præcordiis spissitudinem humorum quam semper pariunt studia protracta et auget corporis flexi pressio mechanica, ut scripto testatur D. med. par. M. Devilliers; Anna Maria Dominicus Bonet, castrensis, propter incommoda quæ scripto testatur D. medicus paris. M. portal. /.

Deindè postulavit meritiss.us Syndicus ut litteræ regiæ, modò latæ, eâ quâ par est reverentiâ exciperentur et in commentariis inscribantur.

Quo audito, amplissimus Rector dimisit Nationes ut de supplicibus deliberarent, item de postulatione Mi. Royou, si ipsi liberet; confirmarent quadruumviros matriculis horis electos; vacua et grata haberent quæ ipse gessit in suo trimestri magistratu.

Nationes digressæ ac deindè regressæ per ornatissimos Procuratores reverentiam Gallicam et picardicam indulgere omnibus supplicibus; item Normannicam et Germanicam, exceptis tamen octo postremioribus; confirmari à se quadruumviros matriculis horis electos juliacos pro honorandâ Natione, Mm. Royou celeberr. philosophiæ professorem in ludovicano; pro fidelissimâ, Mm. Bachelier celeberr. philosophiæ professorem in Marchiano; pro venerandâ, Mm. Cavisier professorem emeritum in Grassinæo; pro constantissimâ, Mm. Abeme, celeberr. philosophiæ professorem in regiâ Navarræ; 3°. de postulatione Mi. Royou, eam concedi à Gallicanâ et Germanicâ, silari à picardicâ et Normannicâ; omnes, inscribendas esse litteras regias.

Amplissimus Rector in mitiorem partem quoad supplicas et postulationem Mi. Royou inclinans, sic concludit: Prout his omnibus.

Quatuorviri prodeunt inter manus amplissimi Rectoris sacramento, conclave subeunt, undè digressi per Mm. Cavisier seniorem fatis Rectoris unanimi consensu provocatus fuit Mo. Joannes Baptista Dumouchel, Rectori, eloquentiæ celeberrimo professore in Marchiano.

Quæ provocatio ab omnibus simul Nationibus laudata, probata et confirmata fuit.

Sequuntur litteræ regiæ

De par le Roi

Chers et bien amés, le Sr. François Marie Joseph Gosse Nous ayant fait représenter qu'il a fait son cours de philosophie pendant deux ans, dans l'université de Douay, sous des Maîtres séculiers, et que, quoique vous ne soyez astreints à compter pour une année de cours de philosophie fait hors de votre faculté, que volontairement aux Universités de Rheims et de Caën, qui vous sont affiliées, — néanmoins vous avez usé plusieurs fois d'indulgence à l'égard des autres Universités; Nous vous faisons cette lettre pour vous dire que le Sr. Gosse ayant fait ou en faisant une année de philosophie à Paris, notre intention est que le cours de philosophie qu'il a fait à Douay lui soit imputé pour une seconde année; en conséquence qu'il soit admis à subir les examens nécessaires pour obtenir le degré de Maître ès-arts; le tout sans tirer à conséquence: si n'y faites faute; car tel est notre plaisir; donné à Versailles le 9 Mars 1787. Signé Louis

Le Bon. de Breteuil.

Apr.

† Decimâ quartâ

Anno dñi 1767, die sabbati † decimâquartâquidem mensis Aprilis, habita sunt in Aedibus academicis collegii Ludovici magni Ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, in quibus primùm considerunt MM. Aubry et Guillaume novi alter Normannia, alter Germania procuratores.

1°. fecit se unicus syndicus pro litteris Nominationis suæ Magistrali Avorum et quinquennii M. Petrus le Boursier, presbyter Constantiensis, de quo vocavit M. Camillus Cameyer syndicus et dixit se vidisse tùm ejus litteras Magistrales, tùm professorem, quos audivit, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab ipso fuisse vicè conscriptum, easque ipsummet ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; Audito merissimo syndico, placuit cum supplici postulatum concedi. /.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant acta in superioribus Comitiis, in eâ tamen recognitione conquestus sapientissimus juvenum Decanus de scriba Universitatis nonnisi bis, ut ipsi videbatur, narratione eorum quæ pertinent ad causam MM. Gaevault et Caisier, ne in deliberationem mittâ, censuit Tribunal academicum pergendum esse in processu, ut cæpit, verbali, quali conscripsit et lecta est à fidelissimo scribâ. /.

3°. De professore Ribodimontensi qui monitus à Tribunali academico segnem se munia vexerit, postulat quæ sibi debitam pensionem evaderi; Censuit Tribunal academicum solvendam esse vexantis alterum trimestris octobris pensionis partem, deindè ejusdem pensionis trimestrem sequentem, modò litteris Aedilium Ribodimontensium testimonialibus probet idem professor se in officio assiduè ac diligenter perseverasse. /.

4°. Quod dixit ornatissimus Normanniæ procurator se litteris Nominationum ancoræ significasse Capitulo S. Martini Turonensi tàm consuetum quàm decisum requisisse à Decano ejusdem Capituli vicem agente mense januario, id est, vigesimo nono elapso ut in possessionem mitteretur præpositus hùnc vacantis, et tamen repulsam passum fuisse à præfato Decano, qui, præter universitatis parisiensis jura, eam præpositurum alteri clerico non graduato concedit; quod obtinere non potest, nisi in detrimentum juris Graduatorum, id quæ confirmavit ornatissimus Normanniæ procurator, lectis tùm adhibito à Mo. Mey unius à Consiliariis forensibus Universitatis consulto, tùm libello memoriali à Mo. Couture conscripto; itaque postulavit idem ornatissimus Normanniæ procurator M. Aubry ut Universitas hanc causam in curiâ parisiensi dijudicandam accedere velit; Censuit Tribunal academicum omni ope et operâ subveniendum esse juri Graduatorum laborantis ac impetrandum esse causa M. Aubry. /.

5°. De denegatis à D°. Gilbert Computatium obventionum juribus ut egerat in comitiis die 13. mensis januarii habitis, sic in præsentibus iterùm egit sapientissimus juvenum Decanus, motus scilicet tùm novis in favorem D. Gilbert instrumentis, tùm precibus et voci illustris. præsidis D. le Rebours de Universitate bene meriti; Censuit Tribunal academicum annuendum esse voci illustris. præsidis, voluntatemque integerrimum præsidem ut novo D. Gilbert instrumento deponat inter manus M. Gerbier qui, ut lectis, videat utrùm in ancoræ consulat perseveret. /.

6°. Quod exposuit sapiens juvenum consultissimus juvenum Decanus amplissimum Rectorem, negotiis in die academica negotiis dispensum, Regiovicæ Mauritiana Doctorem aggregatum præsentia sapiens cogi, æquum sibi videri ut doctor ille aggregatus vicem amplissimi Rectoris agat nuptiis Universitatis, Censuit Tribunal

academicum id concedendum esse uni amplissimo nunc Rectori Mo Joanni Baptistæ Dumouchel propter negotiorum molem et ejus in iis promovendis studium ac diligentiam; mandandum quæ incegerimus Quæstori ut Doctoris aggregari qui vices amplissimi Rectoris in Rectoriâ Marchianâ aut egit aut acturus est stipendia solvat ex ære academico, ità ut res non trahatur in exemplum. /.

7° accesserunt ad Tribunal academicum duo supplices M. Joannes Christophorus alexander Muraine et M. Jacobus Josephus Bredif postulantes licentiam aperiendi Pædagogii sub nomine et clientelâ universitatis. nominati sunt qui de supplicum vitâ moribus et doctrinâ inquirerent MM. Delestré et Aubry Bonat. alter Picardiæ alter Normanniæ procuratores, et ad Tribunal academicum referrent. /. M. Muraine M. Bredif vide fol. 117. R.°

8° de postulatione M. Parmentier qui novam et novo ordine digestam Martialis epigrammatum Editionem parat et in votis habet ut Universitas Parisiensis deputatos appellet qui novam illam editionem et novum epigrammatum ordinem aut emendationem perpendant, si forte opus sic digestum et emendatum possit in usum scholarum cedere; dictum est futurum esse satis deputatos tum nominari cum in lucem prodierit nova illa editio. /.

et sic super his articulis audito prius M. Camillo Camyer syndico ab ampl. Rectore Conclusum fuit. /. Dumouchel Rector

Anno Dni 1787, die Martis decimâ septimâ mensis aprilis hora septimâ matutinâ habita est in aulâ academicâ collegii Ludovici Magni Synodus academica. post habitam ab amplissimo Rectore plenam dignitatis Orationem, beneficiarii universitatis appellati sunt hoc ordine. Synodus acad.

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Joannes Baptista de la Roue Doctor Theologus pastor SS. Cosmæ et Damiani

M. Eleonorius Maria Desbois de Rochefort Doctor Theologus socius Sorbonicus pastor S. Andreæ ab arcubus.

M. Claudius Contault Baccalaureus Theologus pastor Sti Germani Veteris inter majores beneficiarios ultimò nominatus, designante honorandâ Gallorum Natione.

Capellani.

M. Carolus Oneil antiquus collegii Longobardorum primarius Capellanus Capellaniæ B. Mariæ in ecclesia Parochiali S. Andreæ ab arcubus.

Capellani Capellaniarum Savoësianarum.

M. Antonius Vicaire antiquus Academiæ Rector et Eloquentiæ Prof. Emeritus.

M. Bertrandus Dupuy Doctor Theol. socius Sorbonicus et collegii Sorbonæ Plessæi primarius.

M. Petrus Bitters Licentiatus in utroque jure pastor Stæ Crucis de Civitate Parisiensi

M. Claudius Masse Licentiatus Theologus Doctor aggregatus ad primum ordinem vir Procuratorius.

M. Joannes Antonius Hyacinthus Bourchardens de Chaumeils Doctor Theologus inter minores beneficiarios ultimò nominatus designante sacrâ Theologiæ facultate.

Capellani Capellaniarum de Castelleto

M. Alcimus Franciscus Lottin Presbyter Magister in artibus et Doctor in utroque jure

M. Petrus Durand pastor in urbe Sandionysiacâ

M. Josephus le Tourneur Baccalaureus Theologus Doctor aggregatus ad Imum ordinem, vir Procuratorius

aprilis et Maius

Capellani Capellaniarum de Thesauro Regio

M. franciscus Mouchablon Pastor in Dioecesi Catalaunensi

M. De Lalourcey licentiatus in utroque jure canonicus Sti Gregorii Gorziensis in Dioecesi Metensi

Absuerunt MM. Dupuy, Oneil, Mouchablon; praeterea M Lalourcey petiit etiam excusari M. Bouchatens de Chanmeils

Audito Mo. Camillo Camyer Syndico placuit laudari praesentes absentes excusari qui sonticam absentiæ causam attulerunt, coeteros solitâ muletâ plecti atque ita conclusit ampliss. Rector. /.

praemium virtutis

Postea itum est in aulam Tribunalis academici ubi retulit ampl. Rector de praemio virtutis: nominatique sunt MM. Berardier de Lestié et Aubry qui conferrent cum MM. Leveque Binet et l'homond deinde agerent cum notario inter institutorem ejusdem praemii et academiam interposito, et ad Tribunal academicum referrent. /.

rationes de Praemiis acad.

Deinde auditæ et approbatæ sunt rationes accepti et expensi de praemiis academicis, quibus constat expensum superasse acceptum summâ centum et septuaginta sex libellarum supra mille cum decem assibus et uno denario. /.

Salutatur D. De fourqueux

Anno Dni 1787 die primâ Maii ampl. Rector et Universitatis Deputati cum officiariis Majoribus et quatuor praeclarae artium facultatis apparitoribus, Minoribus insulis ornati congregati sunt in aedibus academicis Collegii Ludovici Magni per schedulas pridie missas ab ampl. Rectore convocati. inde quatuor curribus vecti praeeunte cursore, contulerunt se ad aedes illustrissimi viri Dni de fourqueux ipsi gratulaturi commissam à Rege sui Aratiæ praefecturam et administrationem. /.

Anno Dni 1787 die sabbati quinta Maii habitaerunt in aedibus academicis Collegii Ludovici Magni ordinaria Deputatorum universitatis comitia. in quibus:

1° supplicarunt pro litteris nominationis juve magisterii artium et quinquennii MM. Josephus albertus Casimirus Germain Presbyter Leodiensis; firminus Godin Diaconus Ambianensis; praeterea fuse Baccalaureatûs in utroque jure M. Joannes Baptista Gossard Noviomensis Clericus de quibus retulit M. Camillus Camyer syndicus, ac dixit se vidisse illorum litteras sive magisterii, sive Baccalaureatûs in utroque jure, tum professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum coetesaque instrumenta ad hanc supplicationem requisita in quibus nihil desiderari: at postulavit ut M. Gossard, antea Maritus, teneatur intrà mensem testimonium legitimum profesti quo constet de morte uxoris ejus, deponendum in tabulario Universitatis. audito merits. Syndico placuit sua, tum meritiss. Syndico, tum supplicibus, postulata concedi. /.

vide fol. 117. v°

2° lecta et recognita sunt quæ fuerant acta in superioribus comitiis. /.

3° auditâ relatione ornatissimorum Picardiæ et Normanniæ

Procuratorum MM. de Lestré et Aubry de vitâ moribus et peritiâ
Me.M. joannis christophori alexandri Mutraine et jacobi josephi Bredif qui postremis in comitiis supplicarunt pro licentiâ aperiendi Pada- M.M. Mutraine et Bredif.
-gogii sub nomine et clientelâ universitatis, audito M. Camillo Camyer syndico placuit fieri potestatem prædictis magistris aperiendi Pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis./.

4° quod retulit amplissimus Rector panca quædam supervenisse quibus retardatur transactionis cum hæredibus Caroli Bougant in suprema curia tabularium relatio, nominati hæredes Bougant
sunt et ipse amplissimus Rector et meritissimus Syndicus et integerrimus quæstor qui cum M°. Colinet hæredum procuratore ad lites eorumdem Notarium adeant, rempue tandem commissis inter se colloquiis conficiant./.

5° prolatum est ab integerrimo Quæstore decretum consilii Ludovicæi die 16ª octobris 1764 latum, et ab administris Ludo- Bibliotheca
-vicæis subsignatum, quo assignatur ab ipsis ad amplificandam Bibliothecam summa quadringentarum libellarum qua accrescere possit ad ducentarum supra mille; quod decretum cum executioni nunquam demandatum fuerit, sed inclusum in tabulis et inane remanserit, et pereant interea usu Collegii Ludovicæi Bibliothecæ academicæ Libri, nominati sunt qui decretum illud Collegio Ludovicæo representent postulentque ut certis, si libeat, legibus vim aliquam obtineat, MM. Hardouin et Aubry alter consultissimus Jurium Decanus, alter ornatissimus Normanniæ Procurator./.

6° Concessa est Cursori Academico à mense januario superiori quot-annis solvenda quinquagenarum libellarum summa Cursor
in complementum et accessionem annuæ ducentarum supra quinquaginta libellarum pensionis, eâ lege ut ab eodem Cursore nihil à fisco academico repeti possit propter sui ministerii sumptus, sive ordinarios, sive extraordinarios./.

et sic super his sex articulis, audito prius de singulis M° Camillo Camyer Syndico, ab amplissimo Rectore Conclusum fuit

quæ hucusque mea manu scripta sunt, ea ex autographo M. Davagon descripta esse testor. Damouchel Rector
Maltory vice-scriba

Anno Dni 1787 die Mercurii vigesimâ tertiâ Mensis maii D. Rector cum tribunali Academico in minoribus infulis vestalibus petiit salutaturus universitatis nomine illustrissimum virum D. de Brienne Tolosanum archiepiscopum Regii ærarii administratoribus nuper præpositum. ille humanissimè excepit universitatis officium, cui multùm debere se professus est, ejusque deputatos convivas eo die suos esse voluit. Convivium non lauto tantum apparatu, sed facili et ingeniosâ illustrissimi viri comitate temperatum, fuit omnibus jucundissimum. salutatus D. de Brienne

Anno Dni 1787 die martis trigesimâ mensis maii, D. Rector cum Tribunali Academico, in minoribus infulis, salutavit universitatis nomine illustrissimum virum D. Laurent de Villedeuil Regii ærarii præfectum, eique delatum munus elegantissimâ oratione gratulatus est: qui pariter humanissimè excepit salutationem D. Laurent de Villedeuil

Junius

nostram, et se universitatis alumnum, omnia optimo matris causâ facere paratum testatus est. /.

Anno Dni 1787 die sabbati secundâ junii habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis, in quibus

I° supplicarunt pro litteris nominationis, jure magisterii artium et quinquennii M.M. Petrus augustinus Salmon Presbyter carnutensis, joannes Maria Theodorus Masset acolythus Meldensis, franciscus Mauritius Decourt Presbyter Aquinensis, Ludovicus desideratus Dasicourt subdiaconus Noviomensis, antonius Renatus Vuilhorgne subdiaconus Bellovacensis, joannes hieronimus De Maillet De florensac Presbyter Sarlatensis, Gabriel cheval Diaconus Carnutensis licentiatus in utroque jure. Omnibus indultum est eâ tamen lege ejâ M. Decourt, ut ei non tradantur litteræ nominationis, nisi postquam, factâ supplicatione coram præclarâ artium facultate, impetraverit ut nomen adscititium De Paulhiac additum in catalogis deleatur.

2° recognita sunt acta in ultimo Tribunali academico.

M. Le Pitre

3° accessit M. Le Pitre Doctor aggregatus in præclarâ artium facultate, supplicans pro licentiâ aperiendi Pædagogii sub nomine et clientelâ universitatis. nominati sunt deputati, qui inquirerent de doctrinâ et moribus supplicis, MM. Vacquerie et Aubry ornatissimi Procuratores, ille fidelissimâ, hic venerandæ Nationum. /.

vide supra fol. 116. V°

4° exhibuit merit. Syndicus M. Camillus Camyer litteras testes mortis et sepulturæ Mariæ Ludovicæ ursulæ Despons, antea nuptæ Mo joanni Baptistæ Gossart in supremo senatu patrono, ambianensis civitatis quondam ædili, et ambianensis academiæ scientiarum perpetuo secretario. /.

5° quod dixit ampl. D. Rector Designandos esse qui de præmio eloquentiæ latinæ Magistris in artibus proposito ex fundatione Dni Loignard judicarent, itemque alios qui de hymnis ab illustmo et Revermo Do de Juigne archiepiscopo parisiensi postulatis; electi sunt MM. Camyer Philosophiæ, Maltor, Vicaire, Cerisier, eloquentiæ, Haüy Litterarum, Guesoult Major eloquentiæ professores, qui de orationibus; itemque MM. Berardier sanæ facultatis Syndicus, Haudouin Consult. facult. Decanus, Maltor, Binet, eloquentiæ, Haüy Litterarum, Guesoult major, Geoffroy, Selis, eloqu. professores, aut actu regentes aut emeriti, qui de hymnis judicent.

6° indictæ sunt supplicationes universitatis ad diem martis 19am junii, quâ die ampl. D. Rector vite procedet ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Ludovici in Marasino. /.

lustrationes collegiorum.

7° actum est de lustrandis Collegiis. placuit ea lustrari, servato, nisi quid novi incidisset, antiquitatis ordine; eamque lustrationem inchoari die martis duodecimâ hujus mensis, horâ sesqui-nonâ matutinâ; ante tamen tribunal academicum extra ordinem convocari, ad diem veneris

octavam ejusdem mensis, quibus in comitiis præparari possint agenda in his lustrationibus. recepit in se Merit. syndicus, ita jubente amplissimo Rectore, afferre descriptum ordinem rerum, de quibus in singulorum collegiorum lustratione quærendum foret./.

8° Quod postulaverat universitas Cadomensis, scriptâ ad ampl. Rectorem epistolâ, ut ad se mitteretur authenticum instrumentum, quo constaret de legibus et consuetudinibus nostræ Universitatis circa septem capita, lecta est responsio ad mentem à Merit. Syndico, quam Tribunal academicum comprobavit, jussitque ejus exemplaria duo describi, quorum unum subsignatum ab ampl. Rectore et fidel. scribâ mitteretur ad universitatem Cadomensem, alterum in tabulario universitatis nostræ servaretur./. Univ. Cadom.

9° comprobatum est. Duplicem pro more sportulam distributam fuisse illis, qui cum ampl. Rectore Versalias se contulerant die 23ª mensis Maii, salutaturi illustr. Tolosanum archiepiscopum.

et ita de novem articulis, audito Merit. Syndico, rogatis dictisque sententiis, ab ampl. Rectore conclusum fuit./.

Dasmonchelz Rector

Anno Dni 1787 die veneris octavâ junii habita sunt extra ordinem comitia deputatorum universitatis, quæ in ultimis comitiis ordinariis hâc ipsâ die habendi placuerat./.

I° stitit se M. Colmet Procurator in causâ hæredum Bougant in supremo senatu; dixitque quòd Nuper Universitati cum dictis hæredibus convenisset, ut hæredes quinquaginta millia libellarum Turonensium solverent, unde parari posset vectigal annuum trium millium libellarum, destinatum alendis sex bursariis, unde præterea solverentur impensæ litium, variaque instrumenta ad eam rem conficienda; tum quòd necessariò instrumentum esset in sacrum anniversarium, variasque sportulas supremis dicti Bougant tabulis institutas, denique honorarium vigesimale solvendum quotannis integerrimo quæstori: in eas res, sedulò subductis rationibus, sibi videri necessarium annuum vectigal, non modo trium millium, sed quingentarum supra ter mille libellas [3500tt], quod cum confici non possit ex supra dictâ summâ 50000tt, paratum se esse declaravit, repræsentare mutuum quidquid suppleturum foret, eâ lege, ut vectigal quod instituendum erat totum cederet creditori, donec persolutum esset omne debitum. id sibi videri quatuor annis absolvi posse, quorum spatio bursariorum institutionem differendam esse, inter Universitatem et hæredes Bougant jam convenisset. annuit propositis à M. Colmet conditionibus Tribunal academicum, eique dicta martis decimam nonam hujus mensis indicavit, quâ die, peractis supplicationibus, horâ quartâ pomeridianâ, referret de summâ pecuniæ addendæ quinquaginta millibus, totaque res mutuo consensu conficeretur./. hæredes Bougant

2° de lustratione collegiorum, lecta est formula mandati ab ampl. Rectore præmittendi, quod mandatum per aliquem ex apparitoribus universitatis denuntiandum erit ejus collegii qui lustrabitur primario, singulisque professoribus, officiariis, bursariis, saltem qui eorum vocandi videbuntur. placuit eam formulam, formula mandati

Junius

cum formulâ denuntiationis Typis mandari, mittendam ad quoscumque res postulabit./.

De Regente Scholæ Ribem.

3° Lecta est epistola à præcipuis civibus urbis de Ribemont subsignata et missa ad ampl. D. Rectorem, quâ epistolâ iterùm atque iterùm queruntur de M. Bellot, jamdudum instituto regente scholæ in eâ urbe fundatæ, qui, neglecto suo munere, ferè semper abesse dicitur; qui, hoc ipso anno, monitus Tribunalis academici decreto, ægrè illud dedit universitatis auctoritati, ut post paschalia scholam suam inviseret, sed inviseret tantùm; atque ab eâ, ante festum ascensionis Dominicæ, discedere properavit, juventutis institutioni prorsùs inutilis. re missâ in deliberationem, audito, ut de coeteris capitibus, meritissimo syndico, rogatis dictisque sententiis, placuit quam primùm alium Regentem, virum bonum, studiosè incumbentem muneri suo, designari, rogarique ornatissimum Nationis Picardicæ Procuratorem, ut ad cives Ribedimontanos scribat, eisque novum Regentem mox eligendum promittat: tùm quasi privati officii causâ siscitetur num quem habeant quem ad illud munus omninò idoneum esse sciant./.

atque ità de omnibus ab amplissimo Rectore conclusum est.

Dumouchel Rector

Lustratio Coll. harcur.

Anno Dni 1787 die martis 12a Junii, horâ sesqui-nonâ matutinâ ampl. Rector cum Tribunali academico lustravit collegium harcurianum. cujus lustrationis authenticum instrumentum in tabulario Universitatis deponetur./.

Maltor vice-scribæ

Salutatur D. de Lamoignon R. sigill. custos

eodem anno die Mercurii decimâ tertiâ mensis Junii, horâ undecimâ matutinâ, ampl. Rector cum Tribunali et adjunctis, in majoribus infulis, salutavit illustr. Regiorum sigillorum custodem D.D. de Lamoignon, eique eleganti oratione gratulatus est adeptum honorem, ad quem illum, et majorum suorum, et propria virtus, dudùm vocabant./.

Maltor vice-scribæ

Anno Dni 1787 die martis decimâ nonâ Junii, habita sunt in ædibus academicis Ludovici Magni comitia deputatorum universitatis ante solemnes supplicationes./.

1° supplicarunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii M.M. honoratus Martin Presbyter ambianensis, Josephus Maria Magdalena Rolland de Cheffontaine Presbyter ~~ma~~ Trecorensis, Melchior Papillon Presbyter Lingonensis, Guillelmus Vaissiere subdiaconus San-florunus, Ludovicus amandus Constantius du Bouays de la Begasciere subdiaconus Macloviensis, Gilbertus Garnier Presbyter Matisconensis, de quibus retulit M. Camillus Camyer syndicus, ac dixit se vidisse, tum illorum litteras magisterii, tum professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, coeteraque instrumenta ad eam supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari declaravit. placuit sua supplicibus postulata concedi.

Librarii

2° Sacramentum præstiterunt inter manus ampl. Rectoris

Librarii novi à vel librariâ syndico deducti et oblati, scilicet: Jacobus Nicolaus De Latain filius, andreas augustinus Lottin filius, Joannes Gregoire, antonius Seguy de Sauveterre, julianus Nicolaus Dufresne. /.

Deinde itum est in aulam Academicam ubi post habitam ab ampl. Rectore orationem elegantissimam, omnes ordines rata et grata habuerunt quæcumque gessit ampl. Rector in suo trimestri magistratu, eique decreverunt litteras commendatitias quàm honorificentissimas; insuper amplum comitatum polliciti sunt vitè processuro ad ædem Deo sacram sub invocatione Sancti Ludovici in Collegio Mazarineo. /.

Pontifex peregit sacrum M. Bruget Doctor Theologus, socius Sorbonicus, Collegii Mazarinei summus Moderator; Orationem sacram habuit M. Raulain Doctor Theol., Soc. Sorb., ejusdem Collegii Procurator; orationem eucharisticam ad pontificem M. hennebert, litterarum Professor in eodem Collegio. /.

Schola Ribem. Eôdem die horâ post meridiem quintâ, retulit Orat. fidel. Nationis Procurator pastorem ecclesiæ Ribemontanæ, ad quem Tribunalis rogatu scripsisset, respondisse, esse aliquem qui vicariis generalibus Laudunensis Episcopi videtur aptus muneri Regentis in scholâ Ribemontanâ, sed eum esse magistrum in artibus Universitatis Remensis, non verò nostræ. quo audito, gratias actis Orat. Procuratori, roguatus est idem ut quæreret num quis in natione suâ, idoneus huic muneri, vellet illud suscipere. /.

Dumouchelz Rector

Comitia Rectoria Anno Dni 1787 die sabbati vigesimâ tertiâ junii horâ decimâ Matutinâ, habita sunt in aulâ academicâ adium Ludovici Magni, comitia generalia præclaræ artium facultatis, in quibus, postquàm ampl. Rector eleganti oratione exposuit quæ hoc trimestri acta sunt, et fidelissimum scribam Universitatis Mre Dargagon, non multis abhinc horis, luctuoso fato præreptum academiæ, [pridiè scilicet horâ 8a vespert.] meritis laudibus prosecutus est, dedit supplicandi licentiam.

1° accesserunt multi supplices quorum decem petierunt nomina sua properam scripta in catalogis × scilicet Guillelmus augustinus Le Pileur clericus Rotomagensis scripsit se le Pilleur duplici litterâ L. Mathæus ludovicus Colas clericus parisinus transposito prænomine suis et addito properam cognomine, se scripsit † mathæum ludovicum Colas Vallon; Georgius franciscus Germanus Groult clericus Lexoviensis scripsit se georgium joannem Baptistam Germanum Groult lexoviensem; franciscus Ludovicus Nouathier acolythus Lemovix addidit nomini suo cognomina adscitilia modò de Laborie, modò de Cornioc; emmanuel franciscus Josephus Cordier subdiaconus Cameracensis sic vocatur in litteris Baptismalibus, sed in aliquot catalogis addidit nomini suo cognomen adscititium de St hon; Guillelmus stephanus Barbay omisit prænomen Guillelmus; Ludovicus antonius franciscus Gregoire clericus ambianensis omisit utrumque prænomen Ludovicus et franciscus adscivit que sibi prænomen Remigius hoc delendum, illa suo ordine restituenda; Nicolaus Rosalia Alphonsius Blondin clericus

× reformari M

† Ludovicum M

Junius

ambianensis omisit prænomen Alphonsius ; Paulus honoratus Boisard clericus ambianensis, inverso prænominum suorum ordine, scripsit se honoratum Paulum, insuper nomen suum gentilitium scripsit per litteram Z loco litteræ S Boizard pro Boisard ; Joannes Josephus honoratus Aillaud Riezensis addidit nomini suo cognomen adscititium de Mezel . hi omnes postulant ut addantur omissa, perperam adscita deleantur, inversa reddantur ordini suo, mendosè scripta quoquomodò, reformentur, et prolitteris spuriis legitimæ reponantur.

Quatuor supplices postularunt ut nomina sua omissa in catalogis restituerentur. Scilicet amandus Alexius Vallonge Trecensis auditor Celeb. M. aherne in Regiâ Navarrâ catalogo priori physicorum non dedit nomen suum, quia correptus gravissimo variolarum morbo, ex ejus depulsi reliquiis tres totos menses egit in magno vitæ discrimine, testante M. Philip medico paris.; Gilbertus La Junie Presbyter Sun-florensis auditor Celeb. in lexoveo Phil. Professoris M. Le Loup, nomen quidem suum dederat priori catalogo Physicorum, sed ita accidit nullâ ipsius culpâ, ut alius catalogus recentior, in quo nomen suum non inscripserat, delatum fuerit in tabularium Universitatis. affert eâ de re testimonium sui Professoris, et postulat ut alienus error ne sibi noceat. Antonius Evrat auditor Celeb. in harcuriano professoris M. Reydellet nomen suum non dedit posteriori catalogo logicorum præsentis anni, quòd æger jacuerit aprili mense, quo tempore catalogus ille confici solet, teste M. Thierry medico Paris.; Joannes Baptista de la Courcelle presbyter senonensis, auditor Celeb. in harcuriano professoris M. fournier, nomen suum non dedit catalogo prioris semestris Philosophici, quem cursum confecit ante sex circiter annos. non potuit quidem afferre testimonium certum doctoris medici qui morbum curavit, quo tum laborasse se D. de la courcelle profitetur. illud unum testatur medicus se vix post tres menses agnoscere posse vultus eorum, quos in seminario numerosissimo, curare solet multos simul, aut etiam eorum nomina memoriâ complecti, nedum post tot annos in memoriam revocet, aut nomen, aut lineamenta supplicis. sed attulit supplex luculentum testimonium ejus viri qui seminarium in quo tunc degebat, regit; testatur vir sapientissimus illum per illud tempus graviter ægrotasse.

Præterea duo supplices postulant immunitatem ab onere scribendi codices Philosophicos, scilicet Renatus Josephus Urroy Trecorensis, auditor Celeb. in Regiâ Navarrâ Phil. Professoris M. Tonnelier, propter morbum qui cum eum corripuerit ineunte mense martio, traxit secum tussim pertinacem, et propè perpetuam spirandi difficultatem, testante M. Philip medico Paris.; Ludovicus Philippe de la Martelliere clericus carnutensis, auditor Celeb. in Regiâ Navarrâ Professoris M. Tonnelier, idem postulat ob magnam pectoris debilitatem, et quandoque æmoptysim, quam scripto testatur M. Philip Med. Paris.. sex ultimi supplices proferunt etiam consensum Professorum.

Denique Ludovicus Valentinus Guillelmus Dubourg, Magister in artibus in academiâ Burdigalensi, biennium Philosophicum confecit in dictâ academiâ, sub professoribus sæcularibus. postulat ut biennium istud Burdigalæ confectum sibi pro uno anno apud nos confecto computetur. profert tum litteras magisterii artium, tum vero litteras Regias minoris sigilli, quibus licet huic eandem consequi apud nos veniam, quæ Remensibus et Cadomensibus Magistris de more concedi solet, nec de more solùm, sed pacto cum illis universitatibus foedere. fecta

sunt ea littera data in gratiam Mi Dubourg./.

2° Declaravit ampl. Rector nullam hoc anno orationem dignam visam fuisse judicibus, cui præmium Eloquentiæ latinæ magistris in artibus propositum adjudicaretur. itaque præmium illud in annum sequentem reservari./.

3° Lecta sunt de more nomina eorum, quibus cura committitur aut præsidendi concertationibus, aut de juvenum scriptionibus judicandi, aut qui in solemni præmiorum distributione manus aliquod gestum sunt./.

4° Audito meritissimo Syndico, qui dixit nihil in se moræ esse quominus indulgeatur supplicibus, qui quæ postulavit ut litteræ regiæ minoris sigilli modo recitatæ in commentariis universitatis describerentur, Surrexit M. Aherne Celeb. Philos. Professor in Regio Navarræ dixitque à se ipso delatum esse ad fidelissimum scribam catalogum Discipulorum suorum, pro primo Logicæ semestri, anni millesimi septingentesimi octogesimi quinti. eum catalogum nunc non comparere, incertum quo casu, et à fidelissimo scribâ modo vitâ functo frustrà quæsitum esse. postulare se ut Discipulorum suorum qui in eo nomina sua scripserant ratio haberetur./. Stare

5° Surrexit etiam M. Boudy junior, tertiæ scholæ professor in collegio montis acuti, questusque est quòd octo tantum discipulos ad concertationes è singulis scholis mittere liceret. postulavit augeri eum numerum./.

6° Præterea Merit. Syndicus exposuit ad se delatum esse nonnullos Doctores aggregatos ultrà modum differre quod illis lege præscriptum est, datæ operam ut admittantur in gremium Nationum suarum; aptum esse remedium huic malo eorum moras urgere morâ solvendæ pensionis; deinde de postulationibus M.M. Aherne et Boudy pauca disseruit. tum ampl Rector dimisit nationes ut deliberarent de supplicibus, de confirmatione quatuorvirorum matutinis horis electorum, de ratis habendis iis quæ gessit per trimestrem magistratum, de postulationibus MM. Aherne et Boudy Junioris, et de relatione Merit. Syndici./.

Nationes digressæ ac deinde reversæ per ornatissimos suos Procuratores retulerunt 1° se rata et grata habere quæcumque gessit ampl. Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine illi decernere litteras commendatitias quàm honorificentissimas. 2° indulgere supplicibus. 3° jubere litteras regias modo lectas describi in commentariis universitatis. 4° confirmasse quatuorviros matutinis horis electos; nimirum honorandum Gallorum Natio cl.v. M. Redon Philos. professorem in Marchiano; fidelissima Picardorum Natio M. de Lestrè humanit Professorem in Cardinalitio; Veneranda Normannorum Natio M. de Percy licentiatum Theologum; Constantissima Germanorum Natio M. le clerc virum Procuratorium. 5° sic statuere ut M. Aherne catalogum discipulorum suorum quem habet pro manibus exscribendum curet, et novum illud exemplar servet, autographum vero, suâ et primarii Navarræi manu subsignatum deponat in tabulario universitatis. 6° de postulatione M. Boudy, tres nationes eam remisserunt prudentiæ tribunalis præclaræ artium facultatis; Veneranda verò Natio standum esse censuit decreto. 7° omnes censuerunt stipendium novis Doctoribus aggregatis non ante persolvendum, quàm in gremium nationis quisque suæ vitè fuissent adoptati, atque ita de septem

Junius.

illis capitibus conclusit amplissimus Rector. /.

Dumouchel Rector

Deinde quatuor viri, præstito inter manus ampl. Rectoris Sacramento conclave petierunt, unde regressi per M. de Percy retulerunt fasces Rectorios à se unanimi consensu fuisse prorogatos DD. Joanni Baptistæ Dumouchel quæ prorogatio+ ab omnibus nationibus digressis et statim reversis laudata et confirmata fuit et ita conclusit amplissimus Rector. +audito meritissimo Syndico

Dumouchel Rector

++ horâ undecimâ matutinâ

Anno Dni 1787 die Dominicâ 24â Junii die festo S. Joannis Baptistæ++ D. Rector et Tribunal academicum in minoribus infulis parentaverunt Cl. viro M. Joanni Baptistæ Daragon fidelissimo scribæ universitatis vitâ functo die veneris vigesimâ secundâ ejusdem mensis quatuor antiquis Procuratoribus funebre velum viri Procuratorii Sarcophago impositum sustinentibus. /. Maltor vice-scriba Univ.

+++ horâ sesquidecimâ matutinâ

Anno Dni die Lunæ vigesimâ quintâ Junii+++ habita sunt Comitia deputatorum Universitatis extra ordinem convocata ab ampl. Rectore per schedulas datas die sabbati vigesimâ tertiâ ejusdem mensis, ad eligendum fidelissimum scribam, loco Mi Daragon nuper fato functi, magno bonorum omnium desiderio. Quod postquam exposuit ampl. Rector, et Merit. Syndicus, ornato meritis laudibus Mo Daragon, memoravit quæ virtutes in eligendo scribâ quærendæ essent, ampl. Rector legit epistolam ad se missam ab illustrissimo Regiorum sigillorum custode Do de Lamoignon, in gratiam Cl. v. Mi Dupuis eloquentiæ Professoris in Lexovæo, quem vir illustr. ita optat eligi, ut omnibus tamen libertatem suam tutam esse velit. tum M. Berardier syndicus sacræ facultatis declaravit se cum Mo De Bar, hâc ipsâ die accersitum esse à Magistratibus hujus electionis causâ, quodque etiam scriptum et subsignatum à se et à Mo De Bar nobis tradidit, quodque ipsius verbis hic referemus. Declaration faite par Mrs Berardier et de Bar.

Mr Le President le Rebours à fait dire a neuf heures et demie à Mr le syndic de la faculté de Theologie de venir sur le champ, avec M. Le Procureur de la Nation de france, au Palais, à la troisieme chambre des Enquêtes. Rendus à ladite chambre, M. Le President le Rebours leur a dit que Mr le premier president et M. Le Procureur General les mandoient. ils ont suivi M. Le President le Rebours au cabinet de Mr Le Procureur General. M. le President le Rebours est allé voir si Mr Le Premier President pouvoit les recevoir. il est revenu dire que M. le premier president etoit occupé à recevoir les Princes, qui venoient d'arriver. alors Mr Le Procureur General leur a dit que Mr Le President le Rebours leur Certifieroit les intentions de Mr Le premier President. il a ajouté: voici, Messieurs, pourquoi l'on vous mande. Nous avons appris que le tribunal alloit ce matin proceder à la nomination× de l'université. que cette nomination lui paroissoit precipitée; que Mr le premier President et lui demandoient qu'on sursît à ladite nomination et qu'on la remît à huitaine. qu'ils pensoient que l'université avoit trop d'obligation au Parlement pour se refuser

× du greffier

à cette demande ./. signé Berardier Syndic de la faculté de Theologie, Debar Procureur de france avec paraphe ./.

Deinde Consultissimus Jurium Decanus legit epistolam ad se missam ab illustr. viro D. Seguier Regiorum advocatorum primo, in gratiam Cl. v. M. Cerisier, quem ipsi studiosè commendat.

his actis Sap. sacræ facultatis Syndicus, rogatus sententiam dixit; illud sibi primum in votis esse, ut scribæ munus ad ampl. Rectorem, quem toti academiæ summopere probatum videat, deferre suffragio suo, eique, hâc occasione datâ, et gratiæ apud omnes ordines partæ mansurum pignus offerre, et maximorum in universam academiam meritorum aliquam mercedem rependere. verùm cum leges vetent eum scribam nominari, qui nondum sit Professor Emeritus, se scribam designare M. Maltor academicæ Bibliothecæ præfectum, qui scribæ vices agit, ex quo M° Daragon per morbum non licuit illo officio defungi. putare se ejus electionem supremis Magistratibus non ingratam fore. Cùm eam sententiam omnes comprobarent, significarentque se scribæ munus eidem libenter delaturos, M. Maltor egit universis gratias, dixitque semper se memorem fore tam benignæ, tam honorificæ, tribunalis Academici in se voluntatis: verùm se contentum demandatâ sibi Bibliothecæ Academicæ curâ, reformidare prægustatas jam difficultates gravioris muneris, cujus etiam officia cum negotiis suis congruere vix possent. itaque invitum se eò redigi, ut illorum beneficii solam memoriam servet et grato animo recolat, ipsum beneficium recusare cogatur ./.

Itaque resumptâ deliberatione, dixit M. Berardier sibi videri hoc dandum esse nostræ in supremos Magistratus venerationi, ut differatur per aliquot dies electio; eâque morâ utendum esse, ut Rex optimus, rogetur nomine totius tribunalis academici, ut velit concedere ipsi facultatem scribæ munus conferendi amplissimo Rectori D. Dumouchel, quamvis nondum professori Emerito, sed ita ut solus ille lege solvatur, neque res postea in exemplum ab aliis trahi possit. in eam sententiam iverunt pariter Cl. viri Jurium et Medicinæ Decani. ornatissimi quoque Procuratores quatuor Nationum eamdem se amplecti paratos ostenderunt, sed consultis priùs suis nationibus an velint à Rege postulari nomine deputatorum suorum ut Rector ampl. lege solvatur. addidit huic sententiæ ornat. Venerandæ Nationis Procurator optare se privatim ut non solum potestas fieret Universitatis Deputatis eligendi, hâc occasione, virum ampl. D. Dumouchel, qui nunc academiam summâ cum laude regit, sed omnes deinceps Rectores amplissimos; utque impetraretur à Rege Diploma, quo liceret habere Professoris Emeriti loco, in majorum officiariorum electionibus eum qui esset Rector Academiæ, licet nondum viginti annos docendo complevisset. interea tamen, si nulla mora interponeretur, et hâc ipsâ horâ peragenda esset electio, se nominaturum scribam Universitatis Cl. virum M. Dupuis Eloquentiæ Professorem in Lexovæo. tandem amplissimus Rector testatus votum illud, sibi maximè honorificum, à se quæsitum non esse, unanimi omnium consensu conclusit remittendam esse in aliud tempus electionem fidelissimi scribæ, et M. Maltor designavit, annuente Tribunali academico, qui scribæ vicem interea gerere pergeret.

Dumouchel Rector

Julius

anno Dni 1787, die Sabbati Septima Julii habita sunt in Collegio Ludovici magni, Comitia ordinaria Tribunalis Academici; in quibus quidem

1° Supplicarunt pro Litteris nominationis Jure magisterii artium et quinquennii m.m. antonius abeil, diaconus Sanflorensis: Joannes Baptista Bernardus Arnoul, Presbyter Sinonensis: Joannes Bernardus Loudes, Presbyter Cadurcensis. de quibus quidem retulit m. Camillus Camyer, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras magisterii, tum professorum quos audierunt testimonia, quibus constat Legitimum studii tempus fuisse à singulis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus nihil desiderari. audito Syndico, dictisque sententiis, placuit sua prædictis supplicibus postulata concedi./

2° magistri vacquerie et aubry, ille Picardiæ, hic Normanniæ Procurator, superiùs electi ad inquirendum de vitâ, moribus et peritiâ m.i Lepitre ad pædagogium aspirantis, retulerunt omnia se recta et præclare de illo viro se comperisse; quo audito testimonio, audito etiam meritissimo Syndico, placuit eidem m.o Lepitre à pædagogorum procuratore seu agente, in Comitium, de Licenciâ amplissimi Rectoris, deducto fieri potestatem aperiendi Pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis./

3° Lecta sunt et recognita quæ superioribus in Comitiis acta acta fuerant et statuta./

4° ingressi sunt majorum nunciorum deputati, præeunte m.o de machy, Pharmacopolâ Parisiensi, qui eorum nomine dixit virum honestum Savart, majorem Universitatis nuncium pro urbe et Episcopatu nationis Gallicanæ, qui non quidem in ipsâ urbe, sed propemodum in suburbio, id est, in Montroliensi pago habitat, ab incolis ejusdem pagi, contra priviligia Universitatis, iis fuisse annumeratum qui Talliæ tributum solvere debebant: illum cum diem dixisset incolis, causam obtinuisse, electorum, quos vocant, Judicio: deinde ex appellatione vicisse etiam in supremâ subsidiorum Curiâ: sed Curiæ illius arrestum fuisse

Regii Consistorii placito antiquatum : orare se ut pro d. Savart
in eodem Regis Consistorio stetum, aut potius Cumnerendum nuncio rum
majorum laudam, totiusque Universitatis sustinente, Universitas
vellet intervenire — obtulerunt Libellum memorialem á Mo. Delé,
apud Regis Consilium Patrono adornatum, quo id sibi fieri oportere
ostenderetur. Ea de re data est mercurii proxima. cum
Coetus Universitatis in Regio Consistorio Patronum adeundi, ejusque
Sententiam scisciendi, antequam de Postulatione majorum Nuncio rum
statuatur /

5°. de conficiendo negotio cum hæredibus honesti viri Caroli
Bougot, nominatus est D. C. m. Delnaut, quæstor Universitatis,
qui cum mo. Colmet, hæredum Procuratore forensi, cum illam
pertractet. Et ad exitum, pro sua prudentia, perducat. /

6°. de postulandis á Rege augustissimo Litteris, quibus amplissimus
Rector Lege-Latus possit Universitatis Scribæ eligi, dixit en.
Berardier, sacræ facultatis Syndicus se quæ sua fuisset ultimis
in Comitiis Sententia, sub eo posuisse facultati ; de qua quidem
Sententia cum aremo postulasset ut deliberaretur, hoc ipso
sacram facultatem satis insuere tam Sententiam sibi non
displicere — M. Hardoin, Juris um Decanus, Legit sub facultatis
Conclusionem, quæ sit se habet :

Extractum á Commentariis Consultissimæ Juris um facultatis Parisiensis.

„ anno Dni 1787, die vero mercurii 27 Junii, habita fuit extra ordinem
„ Consultissimæ facultatis Comitia, quibus ad fuerunt Consultissimi
„ antecessores D. D. Martin, Primicerius et Comes, Bouchaud,
„ Comes Consistoriani, Delattre, Syndicus, Goullard, Censor
„ in Universitate, Hardoin, Decanus in actu, qui et eo nomine
„ Comitiis præfuit, Godefroy, quæstor, é Clarissimis vero
„ doctoribus, qui Jus Comitiorum habent, D. D. de ferriere,
„ Drouet, Vaselin, Sarrette, Berthelot, Guynemer. /

„ Dixit Consultissimus Decanus hoc á se Convocata
„ fuisse Comitia, ut super non levioris momenti negotio
„ Consultissimæ facultatis mentem acquireret. Actum Sapposuit
„ nuperis deputatorum Universitatis Comitiis, die Lunæ 25
„ hujus mensis extra ordinem habitis, actum fuisse de

Julio.

„Sufficiendo in locum M. Daragon nuper fato functi, universitatis
„scribâ non sine plurimo doloris sensu vidisse Tribunal Academicum
„amplissimum Rectorem D. Dumouchel cujus animi et ingenii dotes,
„et in Academiam merita lubens agnoscit, à se adidemunus eligi
„non posse, obstantibus nimirum Litteris patentibus anni 1766,
„quibus cavetur ne quis in magnorum ut vocant Universitatis
„officiariorum numerum adciscatur nisi fuerit ejusdem Universitatis
„professor emeritus: amplissimum autem Rectorem aliquot annorum
„defectum pati esse tamen aliquod huic malo remedium, si nempe
„ab optimo Rege postuletur ut cum amplissimo Rectore propter
„singularia ejus in rem Academicam merita super hoc defectu
„dignetur dispensare. re autem in deliberationem missâ, sapien-
„-tissimos theologiæ et medicinæ Decanos censuisse hanc ab optimo
„Rege petendam esse dispensationem: quatuor ornatissimos Procuratores
„ordines suos à se consulendos esse censuisse: se quoque consultissimæ
„facultatis eâ de re judicium ut pote quæ majoris momenti sibi
„esse visa fuerit, expectare voluisse. postulare se itaque nunc
„à consultissimâ facultate, ut quid de hac petendâ dispensatione
„sentiat, proferat in medium. Rogatis igitur dictisque sententiis,
„ex majori suffragiorum numero conclusit consultissimus
„Decanus ab optimo Rege petendum esse ut cum amplissimo Rectore
„propter eximia ejus merita quorum intuitu fasces Rectorios ipsi
„detulit Academia, super annorum professionis defectu quo laborat,
„dispensare dignetur; cum nempe hæc postulatio non Rectori tantum
„sed et ipsi Academico Tribunali honori cessura esse videatur.
„atque postquam ita à consultissimo Decano conclusum fuit, soluta
„sunt comitia. /. Signatum Hardoin, Decanus. /.

M. Bourru, Saluberrimæ facultatis Decanus dixit facultatem
suam hac de re consultam censuisse standum esse Litteris paten-
-tibus anno 1766 promulgatis.

M. Debar, Procurator honorandæ nationis legit nationis
suæ conclusionem quæ sic habet.

Exscriptum è commentariis honorandæ Gallorum nationis.

„Anno Dni 1787, die 27.° mensis Junii, horâ decimâ matutinâ habita
„sunt in aulâ honorandæ nationis comitia ab ornatissimo Procu-
„-ratore per schedulas convocata, in quibus ornatissimus Procura-
„-tor ea quæ dicta et recitata erant apud Tribunal Academicum
„ab amplissimo Rectore extra ordinem convocatum, de eligendo

» Scribâ Universitatis in locum L. V. m. derogatô Senatûs-Consulto Venetiis severè » edicto de ne sententiam ullam ferendo nisi consulta prius honestâ » Gallorum nationi, eoque postulare ut deberetur, spernente » impetrandæ Litteræ derogatoriæ à Litteris patentibus versatis Datis die 5. » maii anno 1766, circa articulum 4.um in quo de Universitatis Scribâ » agitur, quibus quidem Litteris derogatoriis pro hac vice tantum petitis » et impetratis officium Scribæ amplissimo Rectori rob pluribus maximaque ipsius in Academiam meritis offerri ac deferri posset. Audito » Lectore, dimissi sunt tribus ad deliberandum, quo reverso per suos decanos » ac prodecanos m.m. Noguette, Collin, Varin, Lambert et Maltor dulatavit, omnino standum esse dictis Litteris patentibus de eligendo Universitatis Scribâ; dolere se tamen vehementer quod eam gratiam quam » summam habent, amplissimo Rectori pro singularibus ipsius in totam Universitatem officiis eximiaque dignitate ut vellent hac occasione » referre non possent. Et ita Constitit ornatissimus Procurator. /

Signatum Debar, procur. Noguette, Dec. Fac. Varin, Prod. Rem. Farré, Censor h. o.

Et. Vacquerie fidelissimæ nationis Procurator dixit se tali esse nationem suam postulare primum ut omni modo libertas concederetur Tribunali academico quem vellet eligere; quod si impetrari non posset, tunc se deliberaturum esse de Litteris derogatoriis in gratiam solius amplissimi Rectoris m. Dumouchel postulandis. /

Et. Aubry, Venerandæ nationis Procurator dixit nationem suam dolere quod suo in amplissimum Rectorem animo indulgere non posset; credere autem late legi standum esse, neque postulandum ut Litteris patentibus inter professores emeritos Scribam eligi jubentibus derogetur. Eadem omnino fuit sententia constantissimæ nationis, referente m.r Guillaume ornatissimo ejus Procuratore.

7.o actum est de re D. Gilbert architecti et Silbert D. Leduc ante aliquot annos fundum emerat in feudo Universitatis, aream vacuam sitam in ipso angulo viarum de l'Université et de Bellechasse ejus fundi solus D. Leduc emptorem se professus erat, ipse suo nomine in ejus possessionem ab Universitate inductus fuerat, provenditione jura persolverat. Deinde novum, quod aiunt, titulum prestare jussus, suo nomine postulaverat. Suo item nomine de inscio vendigat fundo impositum solverat. His actis cum per duos prope annos non alium ejus fundi dominum Universitas agnoscere posset, subito partem ejus fundi illustr.s Princeps de Chalais vendilam agnovit, non à D. Leduc, sed à D. Gilbert. At quidem illustr.s Princeps de Chalais in possessionem inducitur ab Universitate, pro sua emptione jura persolvit. Sed cum emere non postulasset à D. Gilbert, nisi ipse D. Gilbert à D. Leduc suis emisset, ac proinde jura emptionis deberet, appellatus

Julio

est à fidel.° quæstore de suâ emptione D. Gilbert, qui pro numenis protulit actum authenticum et notarii publici nomine subsignatum quo D. Leduc ipsâ die emptionis suæ declarabat se non sibi, at D. Gilbert eum fundum emere./

illud enimverò fidel.° quæstori suspicionis plenum videri et artificiosè præparatum, ut jure suo fraudaretur Universitas. quorsum enim, si verè D. Leduc non sibi, sed D. Gilbert eum fundum emisset, suo nomine potius quam nomine veri emptoris, tot legitima præstitisset, quæ solus dominus præstare debet? Ea de re, consulti Patroni forenses Universitatis censuerunt, uno aliter sentiente, deberi à D. Gilbert emptionis jura. tum m. Gerbier rogatus ut libellum memorialem omnium nomine adornaret, eam sententiam plurimis et ut ipse testabatur, evidentibus argumentis confirmavit./

Paulo post fit nova rerum conversio. profert D. Gilbert arrestum supremæ curiæ inter se et D. Leduc contradictorié, ut aiunt, latum quo dictus Leduc à possessione fundi dejicitur et ille fundus unius D. Gilbert proprius esse judicatur; hocque judicio revocatus à priore sententiâ prædictus Universitatis Patronus forensis significat sibi videri D. Gilbert pro emptione nihil novi debere, sed quod jam solutum fuerat nomine D. Leduc, id pro D. Gilbert censeri persolutum esse./

hic rei status erat, cum postulante m.° Delneuf, Universitatis quæstore, amplissimus Rector singulorum sententias rogavit. Dixit m. Berardier, syndicus sacræ facultatis, sibi videri nihil jure exigi posse à D. Gilbert. Cæteri omnes dixerunt se magis moveri priore m.i Gerbier quam posteriore sententiâ; nec tamen ante voluerunt eidem D. Gilbert litem intentari quam iterum exquisita foret Patronorum forensium sententia, rogaverunt que m. Delneuf quæstorem ut quos sibi videbitur juris peritos consulat quorum consilio in eâ deliberatione regi possit./

8.° quod postulaverat m. Duval, vir Rectorius, Collegii harcuriani Provisor, olim Bibliothecæ Academicæ Præfectus libello die trigesimâ primâ mensis martii, anno 1786, dato ejusdemque novo exemplari nuper oblato, in ipsâ lustratione Collegii harcuriani, ut scilicet quæ suspiciones in illum jactatæ

fuerant de quâdam pecuniæ summâ quam accepisse putabatur à Collegio Ludovici magni ad Libros aliquot Coemendos, de iis suspicionibus diligenter quæreretur et sollicitâ curâ investigaretur veræ an falsæ essent; Declaravit Tribunal Academicum, re non semel quæsitâ, diebus scilicet primâ mensis aprilis, sextâ maii, tertiâ Junii ejusdem anni 1786, constitisse nullam pecuniam v. C. M.o Duval fuisse ad Coemendos Libros à Collegio Ludovici magni Datam; proindeque rumores qui eâ de re sparsi fuerant, omnino vagos et nullo innixos fundamento nullam viri clarissimi famæ et dudum spectatæ probitati ac diligentiæ maculam posse aspergere. /.

9.o quod dictum est Librarios quibus constat ea quam dicunt Syndicalem Cameram, postulare ut in solemni Præmiorum academicorum distributione certa sibi sedes reservaretur, sub ipso amplissimi Rectoris suggesto; eosque dicere illud semper factitatum esse nisi duobus annis superioribus; eâ de re jussus est fidelissimus vice-scriba quærere in commentariis anni 1750, quo Præmium eloquentiæ latinæ ex fundatione V. C. Joannis baptistæ Coignard institutum est, aut annis proximis, numquid statutum esset. /.

10.o dixit amplissimus Rector se responsionem Tribunalis academici ad quæsita Universitatis Cadomensis misisse ad Syndicum ejus Universitatis; sed ignorasse se duos esse in eâ Syndicos, alterum quidem totius Universitatis ad quem Epistola delata est, alterum facultatis artium ad quem deferri debuisset. Itaque binas se litteras simul accepisse à duobus Syndicis, quorum alter quæretur ad sua quæsita nondum fuisse responsum, alter gratias quidem ageret de missis responsionibus, sed eas nullis suis quæsitis elicitas ad se venisse miraretur, rogaretque ut secum Rector amplissimus communicare dignaretur ea quibus inductus ad se scripsisset. Statutum est novum exemplar ejusdem responsionis cum iisdem instrumentis, mittendum esse ad artium facultatis Syndicum, neque cum altero Syndico alterius quæsita esse communicanda. /.

11.o Exposuit M. Vacquerie, fidel.æ nationis Procurator,

Julio

Curâ v. C. m. Binet, repertos esse duos Universitatis nostræ magistros quorum uterque Scholam Ribemontensem regere posse videatur: utrumque probatum esse viris in eâ regione magnæ authoritatis; sed adhuc ignorari num alter eorum eam curam velit in se suscipere. rogatus est ut eam rem ad exitum perducat. /

12°. Exposuit merit.tus Syndicus virum honestissimum D. Seguy de Sauveterre, generum Viduæ Thibourt Universitatis typographi, postulare ut in locum socrûs suæ quæ typographicam artem exercere desiit et eo munere se abdicavit die vigesimâ primâ mensis maii proxime elapsi, dignaretur Tribunal academicum designare eundem Seguy de Sauveterre, Universitatis typographum, quod et socrum ejus pariter cum illo rogare dixit. Audito Syndico, re in deliberationem missâ, omnes permoti et antiquâ fide thibusteæ familiæ, quæ jam a longissimo tempore summum in academiam nostram studium professa, ita semper typographicam artem coluit, ut maximâ laboris et industriæ, maximâ etiam probitatis famâ inclaresceret; permoti etiam ipsius Seguy de Sauveterre virtutibus et egregio artis specimine, eidem concesserunt postulatum munus typographi Universitatis. /

Atque ita de duodecim iis articulis conclusit amplissimus Rector. /

Dumouchel

Anno Dni 1787, die mercurii undecimâ julii, horâ nonâ matutinâ, habita sunt in Collegio Ludovici magni, comitia Tribunalis academici extra ordinem per schedulas die hujus mensis nonâ missas convocata ad eligendum Universitatis scribam. postquam exposuit amplissimus Rector deliberationis materiam, et merit.us Syndicus, ut in re jam perpensâ et satis notâ, tantummodo recitavit nomina eorum quos liceret eligi, nec se morari dixit quominus inter eos scriba designaretur, rogatæ sunt ab amplissimo Rectore singulorum sententiæ. /

tunc m. Berardier, sacræ facultatis Syndicus, sedens pro Decano
prædictus cum eligi debere qui et supremo Curiæ et Universitati
pariter aceptus sit, qui se jam illi muneri optime exhibuerit,
quem et tres Universitatis et ipsius viduæ m. Darragon utilitas
postulat, dixit se nominare V. C. m. Girault de Koudou, philosophiæ
professorem emeritum. Et m. Hardoin, consultissimo facultatis
Decanus, declaravit sibi etiam in animo esse scribæ munus
deferre V. C. m. Girault de Koudou, sed ea lege ut non prius ad jura-
mentum admittatur quam munus magni magistri Collegii
Ludovici magni repudiaverit atque illa abdicatio à Curiosis
ejus Collegii administratoribus admissa fuerit. Eundem m. Girault
se eligere declaravissent et m. Baussu, Laberrimæ facultatis Decanus,
et m. Debar, honorandæ nationis Procurator et m. Varquerie,
Procurator fidelis nationis, dixit: multos quidem sibi videri dignos
illo munere; sed esse aliquem in Universitate, cui non solum
propter virtutes suas, sed jure quodam scribæ officium debeatur:
nam quasi mercedem rependendam esse clarissimo viro pro alio
munere, quod illi per Rectoratum suum defunctæ societati deputato
Collegii facultatis: itaque se nominare m. Binet, veterem
Rectorem, celeberrimum eloquentiæ professorem in Collegio Sorbonæ
Plesseo. m. Aubry, venerandæ nationis Procurator, dixit: se diu
deliberasse quem de eligendo scribâ: multos quidem se agnoscere
aptos huic muneri, inter cæteros tamen maxime idoneum existi-
mare V. C. m. Dupuis, celeberr. eloquentiæ professorem in Lexovio,
qui et ipse per se multum mereatur, et commendatus sibi à
Principe magistratu, Illustr. Agricolarum sigillorum custode, quem
offendere minime decuerit. m. Guillaume, sanctissimæ
nationis Procurator dixit et se nominari V. C. m. Girault
de Koudou.

Ita latis sententiis, cum conditiones à sapientissimo Juriem
facultatis Decano propositas non pauci comprobavissent,
Rector ampl.us antequam de electione concluderet, rogavit
singulos, juberent ne eas conditiones apponi ei primo
merit.m Syndicum jussit eâ de re, si quid vellet, dicere.
Dixit merit. Syndicus eam conditionem sibi videri omnino
necessariam, et C. V. m. Girault non ante admittendum esse
ad sacramentum quam à se munia magni magisterii quod
obtinet in Collegio Ludovici magni, repudiari declaraverit
confestimque sit electionem suam nullam esse futuram
si ante certum tempus abdicationem suam non curaverit

Julio

+ magni

admittit à Clarissimis Ludovici + administratoribus. Iam porro declarationem ab eo Subscribendam et proprio nomine Subsignandam se promittit; eam quod parum videret Clar. viri promissis, sed quia non duceret deputatos Universitatis negluctis legitimis et usitatis Cautionibus quidquam peragere./.

Audito merit. Syndico, dixit m. Berardier, quamvis honestius meo animo tutum sibi videatur, adhibere fidem promissis viri Clar. m. Girault, etiam solâ voce prolatis, se tamen annuere postulatis merit. Syndici m. m. Hardoin, Bourru et de Bar dixerunt se unus scribâ concedere viro Clar. m. Girault eâ tantum conditione ut renuncia magni magisterii repudiare se scripto declaret, eaque renunciationem ante certum diem admitti curet à Clariss. Collegii Ludovici magni administratoribus; facúsque electionem ejus nullam futuram. m. vaquerie dixit se quod debeat m. Binet persolvere optasse; sed eâ spe erepta, libenter audere eligentibus virum Clar. m. Girault de Koudou, conditionibus à merit. Syndico appositis. m. aubry dixit se non posse huic electioni annuere, etiam propositis conditionibus, inconsultâ suâ natione. m. Guillaume dixit se nominare m. Girault eâ lege ut polliceatur se renuncia magni magisterii repudiaturum; neque postulare ut illud scripto confirmet de tempore ante quod abdicationem magni magisterii in Collegio Ludovicano danda à m. Girault debeat à Clar. administratoribus admitti, omnes definiendum putaverunt diem primam octobris proximè futuri. Tandem ampl. Rector sic dixit: „Eligitis m. Girault de Koudou scribam „universitatis, eâ conditione ut scripto repudietur renuncia magni magisterii „quod obtinet in Collegio Ludovici, et in ea renunciatione legi fiet „se electionem suam nullam esse fateri et abdicationem suam „non fuerit admitti à Clar. Collegii Ludovici magni administratoribus, „ante diem primam mensis octobris proximè futuri; eligo vobiscum „concludo./.

Deinde suffragium est in comitium m. Matthurinus Georgius de Koudou, digne ingresso palam relata est, jussu ampl. Rectoris, à m. Hallopeau scribâ vices gerente, conclusio modo lata; quâ auditâ, dixit paratum esse se subscribere conditionibus electioni suæ appositis. Deinde unitatem in esse humanitatis nostræ concedere videri se Aragon, et quod habet in animo, per nos id illi fuere dicat, si liceat publicam adinstaurari Librorum Lucum in urbem nos ejus embrem disserre, quo tempore cives librorum studiosi è villis suis frequentiores adeunt. Sibi quoque æquum esse dari tempus ad annum deducendam usui suo partem ad eum quæ discessu à Koudou Liberâ absinquetur; itaque orare se ut assignetur sibi initium non octobris, sed Januarii ad deponenda magni magisterii renuncia, quod à tribunali academico statim ac libenter indultum est.

tum m. Girault de Koudou accepit ad plusieum vice scribæ, etiam ea charta lingua præcipua ejus electionis acta breviter captimque descripserat m. Mallet, suâ manu subscripsit hæc verba: „J'accepte la nomination aux conditions enoncées ci-dessus à Paris ce 9 juillet 1787. Girault de Koudou." His actis præstitit sacramentum inter manus ampl. Rectoris, ejusque claves tabularii academici datum ipso tradita sunt.

Deinde ampl. Rector ac Tribunal academicum unanimi consensu decrevere sibi probatam esse operam d. m. Mallet, qui m.° daragon gravius ægrotante, post eodem mortuo, scribæ vices egerat, eidemque debitas gratias pro suo academico studio ac diligentia haberi et agi censuerunt.

Denique Legit m. Delneuf, universitatis quæstor generalis, epistolam ad se scriptam ab illustrissimo viro D. Feydau de Brou, quâ postulat ut sibi emptio fundum in feudo Universitatis admittatur pars solita vectigalis ob emptiones debita, atque præterea aliquis peritus æstimator designetur qui cum æstimatoribus abbatiæ Sancti Germani à Satis definiat quota pars ejus fundi ad Universitatem pertineat. Ea de re data est integerrimo quæstori potestas partem solitam vectigalis emptionum eidem illustrissimo viro. D. Feydau de Brou admittendi, atque peritum designandi architectum qui simul cum architecto prædictæ abbatiæ definiat quota pars illius fundi ad Universitatem pertineat.

atque ita conclusum est ab amplissimo Rectore.

Dumouchez

Anno Dñi 1787, die Sabbati quarta mensis augusti, habita sunt in collegio Ludovici magni solita Tribunalis academici comitia.

Ps. Supplicarunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii m. m. antonius Romeuf, diaconus Sanctorensis: carolus Rabourdin, presbyter Carnutensis: franciscus Regis alexander Bida, subdiaconus Suessionensis: alexius Bigot, presbyter Parisiensis: hubertus Girardus aubey, diaconus Lingonensis: petrus Jumentier, subdiaconus Carnutensis: carolus Dutreau, archytheus Rothomagensis: augustinus Joannes stephanus Sedillot, diaconus Carnutensis: franciscus Joannes de saëns, diaconus Rothomagensis: antonius stephanus Compain, presbyter Senonensis: Joannes baptista Marié, presbyter autissiodorensis: claudius ambrosius nicolaus Bailly, diaconus Bellovacensis: Joannes nicolaus hubert, diaconus Stadensis:

aug.°

Joannes Felgeres, Diaconus Sanflorensis: Carolus alexander Blanchy, acolythus Rhutenensis: Joannes baptista Grenet, Subdiaconus Rothomagensis: Praejectus de villers, diaconus Bellovacensis: Joannes franciscus arnulphus L'Evêque, diaconus Noviomensis: Claudius franciscus nicolaus Constantin, Diaconus Catalaunensis: Joannes Jacobus Bobée, presbyter Rothomagensis: Petrus Ludovicus Loisel, Presbyter Rothomagensis: marcus felix Condaeus Folloppe, Presbyter Rothomagensis: franciscus Chautard, presbyter Claromontensis: Joannes franciscus Gabriel Levasseur, diaconus ambianensis: Edmundus Carolus firminus Bouillat, diaconus Senonensis: Petrus alexander de villepoix, diaconus ambianensis: Claudius antonius Regnier, Subdiaconus Boloniensis: maria Bartholomaeus hubertus Coze, Subdiaconus Boloniensis: antonius Coze, Subdiaconus Boloniensis: Ludovicus Prosper Belliard, diaconus ambianensis: Ludovicus augustinus Munier, diaconus Catalaunensis: Petrus Josephus Beismontier, diaconus Meldensis: Nicolaus hilarius Lambert, Presbyter Catalaunensis: Petrus Masson, Subdiaconus Bellovacensis: Petrus Julius Guillelmus Corbilly, Presbyter meldensis: henricus Edmundus Laurent, Presbyter antissiodorensis: Carolus Trollé, diaconus Senonensis: franciscus natalis Perret, Subdiaconus Sanflorensis: Joannes maria Monge, Subdiaconus aduensis: Gervasius michael hieronymus Labitte, diaconus Bellovacensis: aegidius Lefebure, Subdiaconus Constantiensis: Joannes Guislenus Damiens, diaconus atrebatensis: antonius marcellus Juery, Presbyter Sanfloranus: Joannes Gaspardus Poudra, Clericus Parisinus: Paulus Gomma Ducasse, acolythus apamiensis: Joannes Spinousse, diaconus Claromontensis: Mathaeus Boudi, diaconus Petrocorensis: Joannes baptista Brulé, Diaconus Carnotensis. Jure autem quinquennii in Juridica facultate Confecti simul et baccalaureatus eadem in facultate, m. franciscus Bourcier, Senonensis./

De quibus quidem retulit m. Camillus Camyer, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras magisterii tum Professorum quos audierunt testimonia quibus constat Legitimum Studii tempus fuisse à singulis rite Confectum, Caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod m.° Brulé desint tonsurae Clericalis Litterae, atque m. m.i Gomma Ducasse, Boudi et Spinousse Litteras magisterii artium exhibuerint variis scatentes nominum erroribus. Audito merit. Syndico, rogatis dictisque sententiis, placuit sua praedictis supplicibus postulata Concedi; ea Lege ut idem m. Brulé Litteras tonsurae Clericalis prius exhibuerit, atque iidem m. m. Gomma Ducasse, Boudi et Spinousse suorum nominum errores Corrigi prius curaverint quam ipsis tradantur Litterae nominationis./

2° Lecta sunt et recognita quae superioribus in Comitiis acta fuerant et statuta./

3° accessit ad Tribunal Academicum V. C. Joannes Guillelmus Mouzon, Rothomagensis, magister in artibus, Licenciam rogaturus aperiendi Pædagogii sub nomine et clientelâ Universitatis. audito eâ de postulatione merit. Syndico, appellati sunt qui de supplicis vitâ, moribus et peritiâ inquirant V. C. m. m. Aubry et Guillaume, ille venerandi, hic constantissimi ordinis Procurator./.

4° quod ante hæc Comitia Rectorem ampl. non unâ vice adiisset rei Librariæ Syndicus, dixissetque ex fundatione honestissimi viri Joannis baptistæ Cognard, sibi suisque adjunctis jus esse concessum ut ad solemnem Præmiorum Academicorum distributionem non invitarentur tantum, sed ut iis etiam in aulâ academicâ selectæ sedes et honorificæ reservarentur: idquidem invaluisse consuetudine, variisque instrumentis quæ proferre parati essent, constare. dictum est iisdem Syndico et quatuor adjunctis rei Librariæ tres bracchiatas sedes, duasque minime bracchiatas, infra suggestum Rectorium, esse hoc anno tantum et eâ lege ut ante annum proxime futurum legitima exhibeant juris quod postulant, instrumenta, permittendas./.

5°. De Patrocinio, seu intercessione quam litteris ad ampl. Rectorem datis rogaverant Ædiles Clameciaci, dictum est conclusionem Tribunalis Academici de Clameciaco Collegio seu pædagogio latam anno 1757, die 7.ª maii, nondum esse Regeâ authoritate confirmatam; ideoque non posse Universitatem ad eorum causam accedere. Cæterum Collegio Clameciaco non defuturam Universitatem, cum illud ad eum revocabitur statum in quo versabatur prædicto anno 1757./.

6°. Placuit indici diem hujus mensis octavam ad excipiendas, horâ sesquioctavâ matutinâ, rationes accepti et expensi ab integerrimo Universitatis quæstore reddendas./.

7°. placuit ad solemnem Præmiorum Academicorum distributionem indici diem Lunæ sextam mensis hujus decurrentis./.

8°. Lectæ sunt litteræ ab illustr.° Regiorum sigillorum Custode, versaliis datæ die 2.ª hujus mensis, ad ampl. Rectorem; quibusquidem summus ille magistratus, Regis augustissimi jussu, postulat quis sit redituum Universitatis, ejus impensarum, ærarii ac debiti status et ratio. iis auditis, dictum est parendum esse quam primum Regiæ voluntati, atque litteras esse in commentariis inscribendas./.

atque ita de iis octo capitibus conclusit amplissimus Rector./.

Dumouchel

aug.°

Sequitur Epistola illustrissimi Regiorum Sigillorum Custodis ad amplum Rectorem, data Versaliis, an. 1787, die 2. augusti

Le Roy s'occupe, Monsieur, des moyens les plus propres à améliorer l'éducation publique dans son royaume, pour remplir ses vues Sa Majesté veut connaître à fond de temps en temps l'état de l'université de Paris et elle m'ordonne de vous adresser les questions suivantes 1°. en quoy consistent les revenus de l'université de Paris et à quelle somme ils montent annuellement? 2°. quelles sont les charges ordinaires de l'université? il faut les détailler article par article, sans aucune omission. 3°. l'université a-t-elle des dettes, quels sont les créanciers et à quelle somme montent les créances. 4°. y a-t-il un excédent de revenu de l'université sur les dépenses ordinaires? 5°. quel est l'état actuel de la caisse de l'université? quoy que vous soyez spécialement préposé aux études, Monsieur, l'intention du Roy est que vous assembliez le Bureau temporel de l'université et que vous vous concertiez avec les administrateurs pour faire à toutes mes questions des réponses promptes, claires et exactes. vous aurez soin de faire certifier l'état que je vous demande par les personnes qui sont chargées de rendre et de recevoir les comptes de l'université. il est pas nécessaire que vous m'instruisiez de l'état des finances de chaque collège en particulier. Le Roy a pris des mesures pour connaître ces détails, et je borne les renseignements que j'attends de vous au seul temporel du corps de l'université.

Si vous connaissez des abus relatifs aux études, je vous prie de me les indiquer dans un mémoire particulier et de me faire part des moyens que vous jugerez les plus propres à y remédier. je mettrai avec empressement et confiance sous les yeux du Roy tout ce que vous suggérerez votre zèle pour la gloire de l'université et pour le bien public.

Je suis, Monsieur, très parfaitement à vous. Signatum de la moignon.

inscriptio erat quales esse solent litterarum quæ mittuntur ad amplissimum Rectorem. /. Gerson de Kerdou Emissa scripta.

Cum hoc anno 1787, ad solemnem Academicorum distributionem, fuisset tributali academico indicta Luna Vicesima mentis augusti, cumque eadem die senatum Parisiensem Versalias vocasset Rex augustissimus, tunc ad secundum et ad secundum ex animis juventutis academicæ Senatus absentis desideriumque dictam distributionem speciali mandato fuspit amplus Rector in diem Jovis nonam mensis hujus differri.

Sequitur Mandatum Rectoris

" Nos Joannes Baptista Dumouchel, Rector universi studii Parisiensis
" omnibus magistris et juvenibus academicis, salutem.
" Cum die prius à nobis indicto ad solemnem Academicorum
" distributionem, Supremo Senatui prostabili erga academiam
" matrem benevolentia adesse non liceret, expectandum esse
" censuimus, rati fieri posset fore ut ex hujus prosentia

" multo major Lætitia caperetur, quam ex tali morâ traheretur molestia:
" id nempe suadebat in primores magistratus ingenitus amor et reverentia,
" nec tam insigni pompâ peragi visa fuisset festiva solemnitas, si non
" adfuissent verendi illi senatores, quorum frequentiâ consessum nostrum
" cohonestari non sine eximio grati animi sensu quotannis videmus.
" itaque die Jovis nonâ mensis Augusti, horâ post meridiem sesquitertiâ
" in majoribus Sorbonæ scholis cum universâ academiâ nostrâ aderimus:
" ibique post habitam à V. C. M. Petro Remigio antonio Guillelmo
" Gueroult, eloquentiæ professore in Collegio Grassinæo, orationem,
" præmia litteraria pro cujusque meritis distribuemus. toto autem
" illo die, et die veneris proximè sequenti, scholæ nostræ feriabuntur.
" ita ediximus in ædibus nostris Marchianis, die martis septimâ
" mensis Augusti, anno Domini millesimo septingentesimo
" octogesimo septimo./

Virault de Koudou
Univ. Scriba.

Anno Dni 1787, die mercurii 8.ª mensis Augusti habita sunt in ædibus academicis Collegii Ludovici magni Comitia Tribunalis academici die 4.ª hujus mensis indicta, vocatis de more annuo adjunctis, ad excipiendas accepti et expensi rationes quas exhibuit m. Joannes Delneuf, universitatis quæstor generalis, à Kalendis Januarii 1786, ad diem usque 31. decembris ejusdem anni.

1.° auditis probatisque rationibus, compertum est sex millia libellarum cum novem centenis ac quindecim libellis, sex assibus quatuorque denariis accepta esse præter quam quæ per idem temporis intervallum impensa fuerunt; quæ quidem summa sex millium novem centenarum ac quindecim libellarum, cum sex assibus ac quatuor denariis, relicta est inter manus quæstoris integerrimi ad usus communes impendenda et inter rationes anni decurrentis referenda./

2.° definitus est atque subsignatus is redituum, impensarum ac ærarii universitatis status, qui ad illustrissimum Regiorum sigillorum custodem ab amplissimo Rectore dirigendus est, ex conclusione latâ die 4.ª mensis hujus Augusti./

aug.°

3.° Comitia mensis Septembris haberi solita in antecessum placuit hoc anno, die veneris decimâ septimâ mensis hujus augusti esse celebranda. /

atque ita de tribus prædictis articulis conclusit Rector amplissimus. /

Dumouchel

Anno Dni 1787, die Jovis 9.a mensis augusti, habita sunt in ædibus interioribus Sorbonæ annua Tribunalis Academici Comitia propter solemnem Præmiorum distributionem; in quibus quidem supplicarunt pro litteris nominationis Jure magisterii artium et quinquennii Gabriel antonius Tocquot, presb. virdunensis: Michael Le Saulnier, presb. Constantiensis: Amabilis Joannes Franciscus De Lehelle, presb. atrebas: Thomas Gilbertus Baraton, diaconus Parisinus: Josephus melchior Cramouzaud, acolythus Lemovicensis: /

tum vero Jure quinquennii in Consultissimâ Jurium facultate Confecti Petrus Ludovicus Macey, Bajocensis. De quibus retulit m. Camillus Camyer, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum litteras magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus fuisse à singulis rite confectum, cæteraque instrumenta quæ ad hanc supplicationem pertinent et acquiruntur, in quibus nihil desiderari. audito Syndico, dictisque sententiis, placuit sua prædictis supplicibus postulata concedi. /

atque ita conclusum est ab amplissimo Rectore. /

Dumouchel

Deinde etum est in majores Sorbonæ scholas, ubi post habitam à v. c. m. Petro Remigio antonio Guillelmo Gueroult, eloquentiæ Professore in Collegio Grassinæo, orationem, Præmia Academica, Præsente supremo Senatu, more usitato distributa sunt hoc ordine:

Præmium eloquentiæ Latinæ

magistris in artibus institutum, cujus argumentum erat, "qui fit ut sæpenumero qui in tradendis vitæ præceptis "meliora vident et docent, in vitæ ratione deteriora "sequantur? reservatur in annum sequentem.

in Rhetorica

Præmium orationis Latinè scriptæ meritus et consecutus est, inter veteranos, Eligius Nicolaus Lemaire, San-manechildæus, è Collegio Sorbonæ Plessæo.

Primum ejusdem orationis Latinè scriptæ, inter recentiores, meritus et consecutus est Petrus Chepy, Parisinus, transgressus è Lexovæo in Collegium Grassinæum.

Proximè accessit inter veteranos

Petrus franciscus maria Denis de la Garde, San-Biocensis, è Coll. Lud. magni

Secundum, inter Recentiores, Præmium meritus et consecutus est Ludovicus augustus Dubos, Noviomensis, è Montacutio.

Proximè accesserunt

ant. athanasius Roux de la Borie, ambianensis, veter. ex harcurio

Joan. franciscus Trippier, ambianensis, veter. è Cardinalitio

ant. Joan. Nicolaus De Bully, Parisinus, veter. è Lexovæo transgressus in harcurianum

Eligius Constantius Dubos, Noviomensis, è Montacutio

Joannes baptista Dijon, ambianus, è Sorbonæ Plessæo.

Joannes maria Girey Dupré, Parisinus, è Lexovæo.

Præmium orationis Galliè scriptæ, inter veteranos, meritus et consecutus est, idem Antonius athanasius Roux de la Borie, veter. ex harcurio

Primum ejusdem orationis Galliè scriptæ præmium, inter recentiores meritus et consecutus est Ludovicus Lemoine, abrincensis, ex harcurio.

Proximè accesserunt inter veteranos

id. Petrus franciscus maria Denis de la garde, San-Briocensis, è Coll. Lud. magni

Nicolaus Ludovicus Louvel, Constantiensis, ex harcurio

Petrus faure, Gratianopolitanus, è Mazarinæo

Petrus Jacobus hippolytus Tellier, Lingonensis, è Sorb. Plessæo

Marcus antonius maria Malus de mauroy, insulanus, ex harcurio.

Secundum orationis Galliè scriptæ Præmium, inter recentiores, meritus et consecutus est Carolus halotel, Catalaunensis, è Collegio Ludovici magni

Proximè accesserunt

Joannes baptista anna Robertus armandus Elie de Beaumont, Sagiensis, ex harcurio

Carolus antonius Vieneux, Parisinus, veter. ex harcurio

id. Petrus Chepy, Parisinus, è Lexovæo transgressus in Grassinæum

aug.°

mathurinus ant. henricus Malin, Carnutaeus, è Sorb. Plessaeo

Primum Praemium Carminis Latinè scripti meritus et Consecutus est, inter recentiores, id. Joannes baptista Dijon, ambianus, è Plessaeo

Praemium, inter veteranos, meritus et Consecutus est id. Petrus Jacobus hippolytus Tellier, Lingonensis, è Sorbonae Plessaeo.

Proximè accesserunt, inter veteranos

id. Eligius Lemaire, San-manechildaeus, è Sorbonae Plessaeo

maria Josephus Elizabeth Dubouvot, Bizuntinensis, è Mazarinaeo

Secundum Carminis Latinè scripti Praemium, inter recentiores, meritus et Consecutus est Ludovicus Natalis firminus Pillon, San-quintinaeus, è Regiâ Navarrâ

Proxime accesserunt

Joannes Teissedre, San-florentis, veter. è Sorbonae Plessaeo

Carolus henricus Belime, Parisinus, ex harcurio

id. mathurinus ant. henricus Malin, Carnutaeus, è Sorb. Plessaeo

Claudius Petrus Nugues, viennensis, è Regiâ Navarrâ

alexander Romanus honnet, Parisinus, è Grassinaeo

Michael Josephus Gentil, Parisinus, ex harcurio

Primum Praemium orationis Latinae in Gallicam Conversae meritus et Consecutus est, inter recentiores, id. Petrus Chepy, Parisinus, trangressus è Lexovaeo in Grassinaeum

Secundum ejusdem orationis Latinae in Gallicam Conversae Praemium meritus et Consecutus est, inter recentiores, idem Eligius Constantius Dubos, noviomensis, è montacutio.

Proximè accesserunt

id. maria Josephus Elizabeth Dubouvot, Bisuntinensis, veter. è Mazarinaeo

id. Petrus Franciscus maria Denis Delagarde, San-Brivcensis, è Collegio Ludovici magni

Carolus maria michael Desessorts, Rupellensis, veter. ex harcurio

Petrus Chagnier, Parisinus, è montacutio

id. alexander Romanus honnet, Parisinus, è Grassinaeo

nicolaus Carolus Guillelmus Barcq, Rothomagensis, è Coll. Lud. magni

Ludovicus Germanus Moisant, Stampaeus, è Lexovaeo

Eustachius Maillard, vimonasteraeus, è Lexovaeo.

Primum Præmium orationis græcæ in Gallicam conversæ meritus et consecutus est, inter veteranos, id. marcus antonius maria Malus Demauroy, insulanus, ex harcurio

Secundum meritus et consecutus est id. Nicolaus Ludovicus Louvel, Constantiensis, ex harcurio

Primum orationis græcæ in Gallicam conversæ Præmium, inter recentiores, meritus et consecutus est id. Ludovicus Germanus Moisant, Stampæus, è Lexovæo

Secundum meritus et consecutus est id. Claudius Petrus Nugues, viennensis, è Regiâ Navarrâ.

Proximé accesserunt

Fortunatus Bouillon, Remensis, è montacutio

id. Joannes maria Girey Dupré, Parisinus, è Lexovæo

Petrus Hullin, Lingonensis, è montacutio

Ægidius Claudius Godin, Stampæus, è Lexovæo

antonius alexander Martin, ambianensis, è Sorbonæ Plessæo

Joan. bapt. angelicus maria Jacob, Parisinus, è Grassinæo

id. ant. Carolus vimeux, Parisinus, veter. ex harcurio

Ludovicus Bonnaud de Tranchecerf, Parisinus, è Cardinalitio.

in Secundo ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est Joannes baptista Jacaz, Parisiensis, natus (7. febr. 1771) è Lexovæo

Secundum meritus et consecutus est franciscus Guillelmus Pottier, Ebroicensis, (10. Jan. 1771) è Coll. Ludovici magni

Proximé accesserunt

Stephanus august. De Wailly, Parisinus, (10. nov. 1770) è Sorb. Plessæo

Gabriel Gilbertus Chomel, viennensis, (21. Jan. 1771) è Coll. Lud. magni

ant. Petrus Joan. bapt. Mugnerot, (6. apr. 1771) ex harcurio

Joan. bapt. Triquenot, Sezannæus (24. Jun. 1771) è montacutio

Ludov. Petrus Eduardus Bignon Rothomagensis (3. Jan. 1771) è Lexovæo

Joan. bapt. Rivot, Sezannæus, (25. febr. 1771) è Coll. Lud. magni

aug.°

Primum Carminis Latine Scripti Præmium meritus et Consecutus est idem Franciscus Guillelmus Pottier, Ebroicensis, è Collegio Ludovici magni

Secundum meritus et Consecutus est id. Stephanus augustinus de Wailly, Parisinus, è Sorbonæ Plessæo.

Proximé accesserunt

Joan. Carol. Courtois, Carnutensis (5. Jun. 1771) è Coll. Lud. magni
id. Lud. Petrus Eduardus Bignon, Rothomagensis, è Lexovæo
Carol. Steph. Le Rouse, Parisinus (21. febr. 1773) è Reg. Navarrâ
id. Joan. bapt. Rivot, Sezannæus, è Coll. Lud. magni
ant. Lud. Lesguillier, Parisinus (1771) è Grassinæo
Joan. franc. Beaufils de Corin, Sanfloranus (24. apr. 1771) è Plessæo.

Primum orationis Græcæ in Gallicam Conversæ Præmium meritus et Consecutus est id. Joan. bapt. Jacaz, Parisiensis, è Lex.

Secundum meritus et Consecutus est id. Franciscus Guillelmus Pottier, Ebroicensis, è Coll. Lud. magni

Proximé accesserunt

Laurentius Jourdain, Carnutensis (15. 9.bris 1771) ex harcurio
amatus Jacobus Raymundus Cordier, Rothomagensis, (25. Jan. 1771) è Coll. Lexovæo
Petrus Jos. Le Blanc, Parisinus (15. Jun. 1771) è Lexovæo
ant. Jacobus massé (30. apr. 1771) è Coll. harcuriano
id. Joann. bapt. Triquenot, Sezannæus, è montacutio
id. Steph. augustinus de Wailly, Parisinus, è Sorb. Plessæo.

Duo Præmia quæ Sequuntur, adjecit et instituit vir de Academiâ Parisiensi et de re Litterariâ Præclaré meritus, magister Carolus Coffin, antiquus Rector, et Collegii Dormano-Bellovaci, dum viveret, Primarius

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Romium meritus et consecutus est d. Steph. Augustinus De Bailly, Parisinus, è Plesseo

Secundum meritus et consecutus est Josephus Casimirus De Guilhermier, avenionensis (9.bris 1770) è Mazarineo

Proximè accesserunt

idem Joan. Bapt. Rivet, Sazannus, è Coll. Lud. magni

Petrus Laurentius de Saint-Cricq de Montplaisir (24 aug. 1772) è Coll. Ludovici magni

id. Lud. Petrus Eduardus Bignon, Rothomagensis, è Lexovio

Joan. franc. De Troye, Bisuntinensis (8.bris 1771) è Coll. Lud. magni

id. Gabriel Gilbertus Chomel, viennensis, è Coll. Lud. magni

Claudius Emmanuel Leboucq, Parisinus (16. Jun. 1772) è Sorb. Plesseo.

in tertio ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Romium meritus et consecutus est maria fidigentius Guerrier de Turonensis (12.bris 1772) è Coll. Mazarineo

Secundum meritus et consecutus est Carol. Lud. Troisvallets, meldensis (26. Jun. 1772) è Coll. Mazarineo

Proxime accesserunt

Basil. Jos. Letellier, Ebroicensis (12.X.bris 1771) è Coll. Lexovio

Steph. Dominic. Elig. Gerard, Turonensis (17.bris 1772) è Mazarineo

Jac. marinus Gilles, Rothomagensis (13.bris 1773) è Sorb. Plesseo

Servanus Le Baud de Chaumenteau, Parisinus (23 maii 1773) ex Harcurio

Lud. Dominic. Dufau, Parisinus (23. Jan. 1772) è Montanistio

Pet. Lud. Julianus Allix, Parisinus (21.bris 1772) è Mazarineo

Primum carminis Latinè scripti Romium meritus et consecutus est Michael Franciscus Dussaut, Parisinus (23. Jun. 1772) è Coll. Sorb. Plesseo

Secundum meritus et consecutus est idem Basilius Josephus Le Tellier, Ebroicensis, è Lexovio.

Proximè accesserunt

idem Jacobus marinus Gilles, Rothomagensis, è Plesseo

Alexander De Roten, Parisinus (1.X.bris 1771) è Coll. Lud. magni

aug.°

Lud. alph. arm. de Durfort-Boissiere, Cadurcaeus, (14 aug. 1774) é Sorb. Plessaeo
id. maria fulgentius Guerrier, Turonensis, é Mazarinaeo
franc. Leop. Bresson, Tullensis, (8. Xbris 1772) é Marchiano
id. Steph. Dominic. Elig. Gerard, Truensis, é Mazarinaeo

Primum orationis Latinae in Gallicam Conversae Praemium meritus et Consecutus est Jacobus Jos. Lafitte de Pelleport, Stenaensis, (10. febr. 1772) é Coll. Grassinaeo

Secundum meritus et Consecutus est Carol. henr. Le Brun, Parisinus (15. mart. 1773) é Grassinaeo

Proximé accesserunt

id. Ceranus Le Brun de Chaumenteau, Parisinus, ex harcurio
id. Lud. alph. arm. de Dufort-Boissiere, Cadurcaeus, é Plessaeo
id. Carol. Lud. Troisvallets, Meldensis, é Coll. Mazarinaeo
id. Basil. Jos. Letellier, Ebroicensis, é Coll. Lexovaeo
id. Steph. Dominic. Elig. Gerard, Truensis, é Mazarinaeo
Lud. Jos. De Fougieres, Parisinus (18. mart. 1773) é Plessaeo

Primum orationis Graecae in Gallicam Conversae Praemium meritus et Consecutus est idem Lud. alph. arm. de Durfort-Boissiere, Cadurcaeus, é Coll. Sorb. Plessaeo

Secundum meritus et Consecutus est augustus Ludovicus Ponsignon (17. Jul. 1772) é Coll. harcuriano

Proximé accesserunt

Lud. isid. Guillet, Parisinus, (11. Xbris 1771) é Cardinalitio
id. Jacobus marinus Gilles, Rothomagensis, é Plessaeo
Carol. franc. Baudon, monspessulanus (3. Xbris 1771) é Reg. Navarrâ
alexis Carol. Guil. Dubois de Courval, Suessionensis, natus die 20.a apr. 1774, é Regiâ Navarrâ
id. franc. Leopol. Bresson, Tullensis, é Coll. Marchiano
id. Jacobus Jos. Lafitte de Pelleport, Stenaensis é Grassinaeo

in quarto ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam Conversæ Præmium meritus et Consecutus est Antonius maria Philippus Barrillon de Morangis, Parisinus (18. febr. 1775) è Collegio Grassinæo

Secundum meritus et Consecutus est Joannes franciscus Leduc, versaliæus (9. apr. 1773) è Coll. Montacutio

Proxime accesserunt

Carolus hen. maria Desnos, Parisinus (20. Jul. 1774) è Regiâ Navarrâ
hyer. Petrus Trudon, Parisinus (23. apr. 1774) è Regiâ Navarrâ
Lud. Damas. Boullet, Pictaviensis (11. X.bris 1772) è montacutio
Claud. Paul. Lourdet de Grimouville, (28. apr. 1775) ex harcurio
Joan. franc. Mimaut, Bellovacus (25. apr. 1775) è Grassinæo
Jacobus franc. Derosne, Parisinus (18. Jul. 1773) è Lexovæo

Primum orationis Latinæ in Gallicam Conversæ Præmium meritus et Consecutus est id. Joannes franciscus Mimaut, Bellovacus, è Grassinæo

Secundum meritus et Consecutus est Michael Ludovicus de Roujoux, armoricus, (24. 9.bris 1773) è Grassinæo

Proxime accesserunt

id. Carol. henricus Desnos, Parisinus, è Regiâ Navarrâ
ant. Gabriel theoph. Le Cauchois, Parisiensis (28. mart. 1773) è Reg. Navarrâ
Edm. anna michael Mauduit, Smonensis (28. mart. 1773) è Coll. Lud. magni
ant. Claudius Bourboulon, Parisinus (21. 7.bris 1773) transgressus è Lexovæo in Collegium Sorbonæ Plessæum
franciscus fred. de Douhet, Claromontensis (8. mart. 1773) è Lexovæo
franciscus Lud. Braillard, Parisinus (7. 9.bris 1772) è Cardinalitio

in quinto ordine

Primum orationis Gallicæ in Latinam Conversæ Præmium meritus et Consecutus est Dionysius-Samuel Bernard, Niorthensis (9. 8.bris 1773) è Collegio Ludovici magni

Secundum meritus et Consecutus est Marcus antonius Jullien, Parisinus (10. mart. 1775) è montacutio

Proxime accesserunt

Cyrinus Nugues, vimnensis (18. 8.bris 1774) è Regiâ Navarrâ
Ludovicus miroflle, Meldensis (7. maii 1774) è montacutio
armand. franc. maria Pigeon, Roth.sis (10. X.bris 1773) è Sorb. Plessæo
hyer. Sebast. Chachoin, versaliæus (16. 8.bris 1773) è Lexovæo
Joan. Jos. Le Tellier, Roth.sis (16. martii 1774) ex harcurio
franc. alphons. Richard, Paris.is (23. mart. 1775) ex harcurio

aug.°

Primum orationis Latinæ in Gallicam Conversæ Præmium meritus et Consecutus est id. Cyrinus Nugues, viennensis, é Reg. Navarrâ

Secundum meritus et Consecutus est Joannes baptista Testard, Parisinus (17. 9bris 1773) é Collegio Grassinæo

Proximé accesserunt

hugo maria De Charigny, Parisiensis (9. 9bris 1774) é Grassinæo
id. Edmundus franc. maria Pigeon, Rothomagensis, é Sorb. Plessæo
Jac. Car. Eduard. Carmichael, Rothomagensis (27. Xbris 1773) é Reg. Navarrâ
Laurent. maisonneuve, acquensis (24. Jan. 1775) é Coll. Lud. magni
Paulus athan. Renouard, Ebredunensis (14. mart. 1775) é Grassinæo
id. Dionysius Samuel Bernard, Niorthensis, é Coll. Lud. magni

in Sexto ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam Conversæ Præmium meritus et Consecutus est honoratus henricus Catelin, Parisinus, (16. febr. 1775) é Collegio Mazarinæo

Secundum meritus et Consecutus est Josephus Nicolaus Barbier, Parisiensis (7. apr. 1775) é Sorb. Plessæo

Proximé accesserunt

ant. Josephus Ducourroy, ambianensis (20. mart. 1776) é Lexovæo
floridus Joan. maria L'Ecluse, Parisinus (8. Xbris 1774) é Lexovæo
oliverius D'argouges, Bajocensis, (14. Jun. 1775) é Cardinalitio
ant. Lud. Desmazures, Parisinus, (30. mart. 1775) é Plessæo
Claud. Jac. Apert, Catalaunensis, (13. 8bris 1774) é Coll. Lud. magni
augustus Lud. De Sivry, Parisinus, (21. apr. 1777) é Plessæo

Primum orationis Latinæ in Gallicam Conversæ Præmium meritus et Consecutus est id. Jos. Nicol. Barbier, Parisiensis, é Sorb. Plessæo

Secundum meritus et Consecutus est Joan. bapt. niolaus Simon D'antreville Parisinus (21. Xbris 1774) é Coll. Sorb. Plessæo

Proximé accesserunt

id. floridus Joannes maria L'ecluse, Parisinus, é Lexovæo
henr. Basil. Cæsar De Brigaud De montpezat, alesiensis (4. Jan. 1775) é Coll. Lud. magni
Claud. Josephus Boudin, Parisinus, (3. Jan. 1776) é Plessæo
Petrus urbanus Amandus Mathias, Parisinus (23. Jan. 1776) é C. Lud. magni
id. Claudius Jacobus Apert, Catalaunensis, é Coll. Lud. magni
id. Augustus Ludovicus De Sivry, Parisinus, é Coll. Sorb. Plessæo

Girault de Houdon

ANNO Dni 1787, die decimâ quartâ mensis Augusti, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in ædibus academicis Collegii Ludovici magni Comitia generalia Præclaræ artium facultatis ad eligendos magistros qui peritiam Baccalaureorum in artibus ad Lauream Doctoralem aspirantium severo examine probarent, alii apud Beatam mariam, alii apud Beatam Genovefen ad fuerunt, more solito, V. C. m. m. Motret et Guillou de Kerenrun, uterque Universitatis pro-cancellarius, alter apud Beatam mariam, alter apud Beatam Genovefen, atque magistros designaverunt ex unâquâque Natione duos, qui Bacca-laureorum vires tentarent ad Lauream Doctoralem in artium facultate contendentium. Audito utroque Procancellario, Nationes dimisit amplissimus Rector de illâ designatione deliberaturas; quæ quidem in Comitium regressæ per suos Procuratores renunciarunt eligi à se et nominari magistros à dignissimis Procancellariis modo designatos ad tentandas eorum vires qui ad Lauream artium aspirarent, scilicet apud Beatam mariam ex honorando ordine m. Benjaminum Brunonem Gauthier, Baccalaureum theologum, Socium Sorbonicum: ex fidelissimâ natione m. Joannem Franciscum Lefevre, humaniorum Litterarum in Collegio Marchiano Professorem: ex ordine venerando m. Joannem Carolum Ricardum Dancel, Baccalaureum theologum, Socium Sorbonicum, et Doctorem aggregatum ad Philosophorum ordinem: ex Constantissimâ natione m. Sebastianum Le Loup, Philoso-phiæ professorem in Collegio Lexovæo. Apud Beatam verò Genovefen ex eodem honorando ordine m. Franciscum Balthazarum Curt, Licenciatum theologum et Philosophiæ Professorem in Collegio montis acuti: ex eâdem fidelissimâ natione m. Petrum Ludovicum renatum Lange, Licenciatum theologum et Philosophiæ Professorem in Cardinalitio: ex eâdem Venerandâ natione m. Paulum Joannem Philippum Clement, Baccalaureum theologum et Philosophiæ Professorem in Montacutio: Denique ex ordine Constantissimo m. Keller, Baccalaureum theologum, virum Procuratorium. /.

Atque ita Conclusit amplissimus Rector, examinatoresque novos statim ad solitum Sacramentum admisit. /. Dumouchel

Digressis Procancellariis, solitas sedes repetiit amplissimus Rector. tum factâ supplicandi potestate, stiterunt se Ludovicus andreas havas, Presbyter Bajocensis, et Joannes baptista michael Pontus, Subdiaconus Constantiensis, Petiëruntque ut biennum Philosophicum Cadomi Confectum sibi pro uno anno Parisiis absoluto imputetur. Postea accesserunt Joannes baptista Jacobum Varangue, Rotho-magæus, qui Rothomagensem se in Catalogis scripsit, postulaturus ne is error sibi noceat: m. mathæus Boudi, diaconus Petrocorensis, postulans ascitium Cognomen Geoffre, in actis academicis nomini gentilitio incaute additum, deleatur ubique: Paulus Gomma Ducasse, acolythus Apamiensis, postulans ut Cognomen Ducasse in

aug.°

Catalogis philosophicis omissum restituatur: denique quod m. Joannes Spinousse, in Comitiis tribunalis academici die hujus mensis quartâ habitis, dixerit se rebus domesticis repente proficisci suam in Patriam Cæzi Parisios forte nunquam rediturum, m. Camillus Camyer, Syndicus, de Consilio ejusdem Tribunalis academici, loco m.i Spinousse absentis, postulavit ut vocabulum baptista ejus nomini incauté additum deleatur. Audito iis de postulationibus Syndico, nationes dimisit amplissimus Rector de supplicibus deliberaturas; quæ quidem in Comitium regressæ per suos Procuratores renunciarunt se supplicibus indulgere. /.

atque ita Conclusit amplissimus Rector. /. Dumouchel

Anno Dni 1787, die veneris decimâ septimâ augusti, habita sunt in Antecessum, in ædibus academicis Collegii Ludovici magni, Comitia menstrua Tribunalis academici, jam die octavâ hujus mensis indicta.

Quibus quidem in Comitiis

1.° dixit Rector amplissimus nemini academico latere Senatum Parisiensem fuisse ante biduum jussu Regis augustissimi translatum Trecas: decere Universitatem pro suâ cum eo supremo ordine necessitudine, mittere qui quam primum illum academiæ nomine salutent, eidemque res academicas commendent, ubicumque locorum sedeat: jam anno 1720, die veneris 2.ª mensis augusti, eo urbanitatis officio functam esse Universitatem. Audito m.° Camillo Camyer, Syndico, dictque sententiis, unanimi omnium consensione placuit delegari magistros Camillum Camyer, Syndicum, Mathurinum Georgium Girault de Kondou, scribam, et Joannem Delneuf, quæstorem, qui quam primum Trecas se conferant, adeant ad supremum Senatum, illum academiæ Parisiensis nomine salutent, eidem res academicas commendent suppliciter, quamque ejus ab hac urbe absentiam ægré ferat Universitas, verbis quibusque officiosissimis significent. /.

2.° supplicarunt pro litteris nominationis, jure magisterii artium et quinquennii, m.m. Joannes Franciscus Fahy, Presbyter Sanfloranus: maria Camillus Dutertre, Presbyter Senonensis; de quibus retulit m. Camillus Camyer, Syndicus ac dixit se vidisse tum eorum litteras magisterii, tum professorum quos audierunt, testimonia quibus constat legitimum studii tempus

1787. Aug.°

fuisse à singulis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem pertinentia; in quibus nihil desiderari audito Syndico, placuit sua utrique supplici postulata concedi./.

3.° quod ornatissimi Normanniæ et Germaniæ Procuratores retulerunt de vitâ, moribus et peritiâ m.i Joannis Guillelmi Mouzon, qui anterioribus in comitiis supplicaverat pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis, audito m.° huré Pædagorum Academicorum agente seu procuratore, audito etiam amerissimo Syndico, placuit admitti præfatum Joannem Guillelmum Mouzon, qui Pædagogium hac in urbe aperiat sub clientelâ et nomine Universitatis./.

4.° accessit ad Tribunal Academicum, m. Chabert, Baccalaureus theologus et in collegio harcuriano submonitor duorum ingenuorum adolescentium nomine O-gorman, cujus hæc fuere postulata, quæ ipse propriâ manu exaravit: „mes conclusions sont de rester
„ au college jusqu'à la fin du quartier courrant, en offrant de payer la
„ pension de mes eleves et de moy, ou bien de sortir dès à present, en
„ payant au prorata. Ce 17. aoust 1787. Chabert./.

Accessit aliunde m. Coisnon, ejusdem collegii harcuriani pro-primarii vices gerens, qui sua pariter postulata scripto tradidit, ut sequitur: „pour
„ eviter toutes contestations, je consens que m.de la Comtesse O-gorman
„ fasse retirer ses enfants et leurs meubles, à condition que le quartier
„ entier de la pension (s'il n'en est pas du d'autres) tant de m.m.
„ O-gorman que de leur instituteur, soit deposé entre les mains
„ d'une personne sure, nommée par le Tribunal, jusqu'au retour
„ de m. le Proviseur! Coisnon./.

Auditis partibus, audito etiam m.° Camillo Camyer, Syndico, rogatis dictis que suffragiis, hæc lata est à Tribunali Academico sententia, quam iisdem in comitiis apposito nomine suo munivit amplissimus
„ Rector: Le Tribunal faisant droit sur les demandes des parties,
„ oui le Syndic en ses conclusions, ordonne, par provision, au s.r
„ Coisnon faisant les fonctions de souprincipal au College d'harcourt,
„ de recevoir le payement de la pension de m.e Chabert et de ses
„ eleves jusqu'au jour de leur depart dud. college, et de laisser
„ sortir leurs meubles et effets; si mieux n'aime led. Coisnon
„ faire nourrir led. m.e Chabert et ses eleves jusqu'à la fin du quartier
„ comme les autres precepteurs et pensionnaires dud. college; au
„ quel cas le quartier sera payé en entier. fait au Tribunal
Ce 17. aoust 1787.

augusto

5° audita est Epistola Rectoris Remensis quâ ille Rectorem amplissimum Certiorem facit de Consilio magistrorum Remensium offerendi Clero Gallicano proxime Convocando Libellum memorialem propter adaugendum pretium et reditum annum Beneficiorum quibus hactenus Graduatorum Jura repleri contigit, atque Universitatis Parisiensis accessionem ad illud Consilium provocat. Dictum est Universitatis Parisiensis hunc usum esse ut suas petitiones ad Regem augustissimum dirigat./

6° Placuit Universitatis Latomum eligi et nominari virum honestum Joannem Barrat, qui postquam opera jam inchoata absolverit vir honestus fessart, Cætera in posterum Universitatis jussu et sumptibus Conficiat./

7° de eo quod inivit v. C. m. Auger Lectissimus olim Universitatis alumnus, nunc Regiæ inscriptionum Academiæ Socius, Consilio redigendi typisque mandandi, atque pretio perexiguo divendendi selecta è Græcis scriptoribus loca in gratiam Juventutis academicæ, Placuit ex ærario Universitatis eam in rem impendi summam sexcentarum Libellarum Turonensium, adjiciendam pecuniæ à singulis ordinibus, si illi voluerint, eundem in usum destinandæ./

8° Sapientissimus Jurium Decanus obtulit amplissimo Rectori et universitati opus, cui titulus est Commentaire sur la loi des douze tables, elucubratum à v. C. m° Bouchaud, Regi à Consiliis sanctioribus, atque in Consultissimâ facultate antecessore. Placuit oblatum opus in academicâ Bibliothecâ deponi et asservari, eundque Jurium Decanum Rogari qui verbis quibusque humanissimis eidem m° Bouchaud renunciet quam gratum et acceptum ejus opus Universitati acciderit./

9° quod jam transactio Universitatis cum hæredibus viri honesti Caroli Bougot sit numeris omnibus absoluta, atque à deputatis academicis subsignata, nihil obstare visum est quominus his in Comitiis Conferrentur Bursæ quæ ex fundatione ejusdem viri honesti Caroli Bougot et juxta Conditiones eâdem in transactione descriptas ad Universitatem pertinent. itaque Placuit eligi et nominari ad tres Bursas Bougotianas, quarum Collatio et omnimoda dispositio ad Universitatem pertinet, Petrum Franciscum Magni, Rothomagensem, alphonsium Edmundum hardoin Parisinum, et Joannem baptistam augustum Leger,

Rothomagensem; ut Suâ quisque Bursâ fruatur Juxtâ Conditiones in transactione Prædictâ Enunciatas. /
atque ita De novem iis Capitibus Conclusit amplissimus Rector. /

Dumouchel

Anno dni 1787, die martis vigesimâ octavâ Augusti, Nos Camillus Camyer, Syndicus Universitatis, mathurinus Georgius Girault De Houdou, Scriba, et Joannes Delneut, quæstor, à Tribunali Academico delegati, Trecas Profecti Sumus Supremum Senatum Universitatis nomine Salutaturi. Comitem habuimus v. C. m. Aubry, normanniæ Procuratorem ornatissimum, ut procurandi Cujusdam negotii, quod ad Universitatem quoque Spectat, Datam occasionem nobiscum arriperet; quoquidem Comite, quasi-aucto Legatorum numero, honestior facta est Legatio, et nostra peregrinatio Certè Jucundior.

Vix urbem postridie ingressi, Salutatum ivimus illustrissimum Procuratorem Catholicum. properavimus inde ad Senatum in quem Jam Sese Contulisse illustrissimum Proto-Præsidem audieramus. Curiam ingressos Circumfudit ingens et Præsidum et Senatorum numerus, qui vultu, verbis et mirâ affabilitate ostenderent quàm Sibi Jucunda esset hæc nostra obsequi ac reverentiæ Significatio. Petentibus nobis hac die orandi potestatem, benigne annuit Supremi Senatûs Princeps. nos igitur in diversorium nostrum regredi, induere præpropere insignia et in Curiam recurrere; quam ubi intravimus, Protinus per D. Isabeau Demonval, Curiæ à Secretis, accersiti, in generalia Senatus Comitia intromittimur, atque in Subsellium Patronorum forensium Deducimur. ibi Cum Cæteris Deputatis Stans meritissimus Syndicus, Capite operto ex Jussu Proto-Præsidis, Coram frequentissimo Senatu oratiunculam Latine habuit, in hunc modum:

illustrissime Supremi Senatûs, Princeps, Præsides infulati, Senatores integerrimi.

" Legati ad vos à Primogenitâ Regum nostrorum filiâ Universi-
" -tate, illius et Dolorem et effusa vota, in hac tristissimâ rerum
" vice, afferimus.
" Ex quo enim Augustissimi Reges Nostri, quam in se primitùs
" Susceperant universitatis Suæ Curam, ad vos transtulere,
" enata est, ut par erat, inter Supremam Curiam vestram

aug.°

» et academiam Parisiensem, firmata constante patrocinio
» vestro, gratisque vicissim animis nostris, mutuâ quâdam mine
» patitur sortem vestram à nostrâ prorsùs alienam esse, adeo
» ut quem admodum cantare solemus in lætis vibus vestris,
» ita et si infausti vobis acciderit, vestra quasi nobis met ipsis im presa
» sentiamus infortunia.
» Dolet itaque ipsum dolorem vestrum academia Parisiensis. at respexit
» illam blanda spes mea futurum esse, pro insitâ Regi optimo huma-
» nitate singulari, pro summâ curiæ vestræ in optimum Regem pietate,
» ut discussis quibus circumvolvimur nubibus, sidereo numine purior
» affulgeat pax omnibus, ipsisque Lutetiis nostris optatissima.
» interea, venerationis ac observantiæ suæ memor academia nostra
» vestram per nos exorat continuatam benevolentiam. Rogat vos
» ut quamquam locorum intervallo non longis distetis, animo tamen
» illi adesse, rebusque et commodis ipsius pari ac antea studio invigi-
» lare pergatis. Nequeverò nobis in istâ quâ fungimur legatione
» jucundius quidquam venire potuit, quam ut ea augusto hoc
» consessu vestro bona benignaque verba Parisios reportemus. /
Ad hanc orationem supremi Senatûs Princeps, altâ et claræ voce,
his verbis Gallice respondit:
» La cour est très sensible au compliment que vous luy faites de la
» part de l'Université elle vous assure de sa reconnaissance
» et du desir qu'elle a de vous donner des temoignages de sa
» consideration en toutes rencontres. /
Quâ auditâ responsione, cum inter incredibiles omnium Senato-
rum benevolentiæ significationes recederemus, venit ad nos ab
illustrissimo Proto-Præside emissus, v. c. D. Isabeau, curiæ à secretis,
qui magistratûs inclyti nomine ad prandium invitaret in stationis
ad futuros nos benemerendos respondimus. Excepti autem splendido
convivio, multumque cum pluribus magistratibus tum de Univer-
sitate, tum aliis de rebus colloquii, quæsimus, octo alios
Præsides insultatos, quatuorque vivos Regios, ut antea factum
erat, conjunctim in iis iuris-quos nauseâ contigit, in nos
incredibili humanitate ac benevolentiâ exceptos, ad prandium
quoque in dies subsequentes, si forte Parisiis ab prandii commora-
remur, invitarunt. Cum autem nos Lutetiam postridie reditu ros
tanto honore frui non posse respondremus, illi brevi orum in urbe
moram per humaniter conquesti, ad ultimam adium Januam multique
ad ipsam ferè viam nos benigne resalutatos perduxerunt. /

Peractis communibus illis Salutationibus, alii alio digressi, singulos singulos Viros Senatores, Viros Procognitores Regios, Viros Scribas convenimus. a quibus unusquisque nostrum non Praetore tantum, sed amantissime etiam Se se exceptum fuisse attulit. Enituit eo die studium illud erga Universitatem quod viginti ab hinc annis et amplius experiri nullâ oratione datâ desinimus, illustrissimi Praesidis D. D. Rolland, qui Loco Scandii quod nobis humanissime obtulerat jam a Senatus Principe invitatis, per amanter nos rogavit ut ad Eum apud Se veniremus. quanquam Tibis in reliquum illum diem non sane indigebamus, attamen ultro promisimus, ne quid observantiae nostrae ac gratitudinis desideraret Praeses integerrimus./.

Horâ igitur datâ, id est nonâ serotinâ, convenimus apud illustrissimum Praesidem; ibique non sine suavissimo Latitudinis virum invenimus Universitatis aeque ac artium amantem et studiosum, quem nobis quasi Comitem at Convictorem, honoris causâ, invitavit hospes humanissimus, illustrissimum Praesidem D. D. LeRebours, quem eo die custodiae invidere nobis non licuerat. Itaque convivimus apud illustrissimum Praesidem horâ sexagesimâ undecimâ regressi sumus; sicque primus ille legationis nostrae dies cum summo honore effluxit./.

Postero die, mane, cursitavimus iterum, salutavimus quos pridie salutare non licuerat, atque in diversorium Scandii et aedibus Causâ regressi sumus./.

Sub auctum dum Scanderemus, alii post alios bene multi Senatores, Curiarum Praesides, ipse etiam Orator Catholicus D. D. de Fleury, nos resalutatum venerunt, quibus per honorifice, ut par erat, acceptis, profectisque, et nos Rhedam conscendimus redituri a legatione perfunctis, quo quam jucunda nobis et honorifica, quam grata magistratibus, et eorum Civitati Civitatique Comitia-nda benevolentia acta fuerit, soli possunt intelligere qui testes fuerunt; adeo ut ab optimis Parentibus carissimi Liberi vix amantius caeci pertentur./. Giraudeau de Kondou

anno Dñi 1787, die martis quartâ Septembris, habita fuit extraordinem, in Collegio Ludovicio magno, Comitia Tribunalis Academiae in quibus an.° Aubry, nonnunquam Procuratoris, absentis adfuit G.° Burcau, antiquus ejusdem ordinis venerandi Procurator./.

1.° Causam exposuit amplissimus Rector cur hae Comitia extra ordinem jussisset convocari, hoc est ut virorum Jus Tribunalis Academiae ut Salustra Ludovica Primarios a clarissimis ejusdem Collegii verum item pro aliarum administris

7.bri

Electos, instituat et in possessionem inducat: id hactenus semper factitatum esse erga omnes ejus Collegii Primarios: hoc autem anno 1787, die decimâ nonâ mensis Julii, iisdem Clarissimis administratoribus visum esse, non Primarium, sed Primarii Coadjutorem cum spe futuræ successionis eligere; quæ quidem electio paucis postea diebus fuit supremi Senatûs authoritate confirmata: Jam videndum esse an Tribunali Academico placeat Coadjutorem prædictum instituere atque in possessionem inducere? audito eâ de re m.o Camillo Camyer, Syndico, dictisque sententiis, placuit electum à Clarissimis rerum temporalium Collegii Ludovici magni administris Coadjutorem Primarii hodie instituere atque in possessionem inducere; eâ tamen conditione expressâ ut ex peragendâ institutione nullum ad pensionem Gymnaziarchis et Professoribus emeritis debitam jus incipiat acquirere nisi ab eâ die quâ v. C. m. Berardier nunc dicti Collegii Primarius, hoc suum munus deposuerit et abdicaverit./

tum jussit amplissimus Rector legi eorum descriptionem quæ gesta sunt anno 1778, die 23. martii, dum id. m. Berardier in prædicti Gymnaziarchatûs possessionem induceretur. his recitatis, factâque ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, accessit ad Tribunal academicum v. C. m. Joannes Ludovicus Carolus Romet, Presbyter Sagiensis, Licenciatus theologus, Ecclesiæ insignis et Collegiatæ De Mortagne thesaurarius, atque anteà dicti Collegii alumnus et per multos annos pro-primarius. Comites illi aderant, honoris causâ, lectissimi alumnorum examinatores et celeberrimi Palestræ Ludovicæ Professores./

Postquam in Comitium ingressi sunt, idem m. Romet, stans, oratiunculam habuit ad amplissimum Rectorem et Tribunal academicum, quâ ille suum studium, suam pietatem ac venerationem erga parentem almam Universitatem Parisiensem disertissimè significavit. Deinde locum cepit ad mensam majorum Universitatis officiariorum, stantibus cæteris comitibus. tum protulit electionis suæ litteras atque supremi Senatûs decretum quo illæ in publicas tabulas referuntur. quibus quidem à me scribâ palam recitatis, secessit cum suo comitatu./

Visis tum litteris nominationis m.i Romet, tum supremæ curiæ decreto, quibus constat rité electum fuisse eundem m.um Romet, in Coadjutorem Gymnaziarchæ Ludovicæi cum spe futuræ successionis, cæterisque instrumentis ad hanc supplicationem requisitis, in quibus nihil desideratur, audito meritissimo Syndico, dictisque

Sententiis, unanimiter placuit eundem m. Romet ad sacramentum admitti, atque in possessionem assignati sibi muneris induci. /

Atque ita conclusit amplissimus Rector. /

Dumouchel

revoatus igitur in comitium m. Romet sacramentum praestitit inter manus amplissimi Rectoris. Juravit autem se Rectori et Tribunali academico honorem et obsequium exhibiturum, Diligenter et accurate servaturum se esse statuta Universitatis generalia, Legesque peculiares supremi senatus authoritate confirmatas, quibus praecipuè regitur Collegium Ludovici magni, et ab aliis haec servanda curaturum. /

Fide Academiae datâ, ampl. Rector, Decani, Procuratores, officiarii majores, praeeuntibus omnibus apparitoribus, m.um Romet ad singulas aedium Ludovicaearum partes in quas Gymnasiarcha jus habet exercendum, deduxerunt, 1.o ad majores et valvatas Collegii fores, quae clausae erant et quarum claves ab ampl.o Rectore traditae sunt in manus novi Coadjutoris, 2.o ad eam domûs partem quae primario habitanda est destinata, 3.o ad sacellum ubi, salutato prius altari genibus flexis, in primariâ sede collocatus est novus Coadjutor; unde, comitante ampl.o Rectore, ascendit ad aram, quam piè osculatus est. /

tum ampl.o Rectore ad sedem suam regresso, m.o autem Romet illico sacrâ trabeâ induto, eodemque praeeuente, cantatus est hymnus Eucharisticus Te Deum et psalmus exaudiat, alternis a choro et organis. /

Sic adhibitis solemnitatibus assuetis, m. Romet, novus Gymnasiarchae Ludovicaei Coadjutor, praesentibus et annuentibus cum Universitatis deputatis, tum alumnorum probatoribus, ejusdemque Collegii professoribus, ab amplissimo Rectore missus est in possessionem realem et corporalem muneris Coadjutoris cum spe futurae successionis in praedicto Collegio Ludovici magni. /

Postea discessum est ad aulam verò Tribunalis academici ampl. Rector à novo Coadjutore, comitantibus alumnorum probatoribus et Collegii professoribus deductus est; ac deinde ad aedes suas ab eodem novo Coadjutore et m.o vinerot, theologorum, ut aiunt, superiore. /

Girault De Koudou

Sub horam circiter secundam aedes Ludovicaeas repetierunt ampl. Rector, sapientissimi Decani, Procuratores ornatissimi, majores Universitatis officiarii, alumnorum probatores,

7bri, 8bri

Collegii Professores, et Pro-primarii, à novo Coadjutore perhumaniter invitati ad Cœnam modeste quidem Lautam Epulis, at multo Exquisitiorem ingenuâ Convivarum hilaritate./.

Girault de Koudou

Anno Eodem 1787, eâdemque die quartâ Septembris, postquam de admittendo ad Sacramentum m.o Romet, eoque in possessionem assignati sibi muneris inducendo, Conclusum est, 1.o Placuit in diem Jovis quartam mensis octobris proxime futuri Solemnes Universitatis Supplicationes indici ad ædes Deo Sacras Sub invocatione Sancti Germani veteris.
2.o Cum meritissimus Syndicus Paucissimis verbis ea retulisset quæ Trecis à majoribus Universitatis officiariis acta fuerunt, Placuit tribunali Academico Legatis suis, Præsertimvero Oratori, gratias benigne agere./.
Atque ita his de duobus articulis Conclusit amplissimus Rector./.
Anno Dni 1787, die, die vigesimâ sextâ Septembris, horâ sesquiduodecimâ, Rector amplissimus, decani, Procuratores, officiarii majores in minoribus infulis, Cum quatuor apparitoribus et Cursore, Salutatum iverunt novum rei ærariæ Præfectum, novam ab augustissimo Rege+ dignitatem gratulaturi./.

+ concessam

Girault de Koudou

Anno Dni 1787, die Jovis quartâ octobris, habita sunt in Collegio Ludovici magni, Comitia Centuriata ad Sacras Universitatis Supplicationes in æde Sancti Germani veteris peragendas.
Primùm in aulâ Tribunalis Academici Consessum est, ubi supplicarunt pro Litteris nominationis Jure magisterii artium et quinquennii m.m. antonius alexander Barbier, diaconus Meldensis: Claudius thomas Pasquier, Presbyter Cathalaunensis: Jacobus ferlet, Presbyter Sanfloranus: Petrus Joannes Pillon, Subdiaconus Parisinus: Michael alexander Lombard, Diaconus Æduensis: antonius Edmundus Tixier, Presbyter antissiodoræus./.
Deinde Jure quinquennii in Juridicâ facultate Confecti, natalis antonius fulchic, Presbyter Parisinus:

Dequibus quidem retulit meritissimus Syndicus m. Camillus Camyer, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia quibus constat Legitimum Studii tempus fuisse à singulis rite confectum; Cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. audito Syndico, placuit sua Prædictis Supplicibus postulata concedi. /.
atque ita conclusit ampl. Rector. /. Dumouchel Rector

Postea Sacramentum dixere inter manus amplissimi Rectoris, ab uno ex adjunctis rei Librariæ deducti, novi Librarii Franciscus Morin et Petrus Cæsarius Briard. /. Girault de Koudou

inde ventum est in Comitium, ubi postquam, more suo, id est, elegantissimè, peroravit ampl. Rector, omnes ordines academici rata habuerunt et grata quæcumque gessit in suo trimestri magistratu, Litteras ipsi commendatitias eo nomine decreverunt, amplissimumque Comitatum polliciti sunt rite Processuro ad ædem Deo Sacram sub invocatione Sancti Germani veteris, in Civitate Parisiensi. atque ita cum omnibus ordinibus conclusit ampl. Rector. Dumouchel

in Prædictâ æde Sancti Germani veteris, Pontificem egit M. Paillard, Sacræ theologiæ Doctor et Syndicus. Concionem Sacram ad Populum habuit M. Beguinot, ejusdem Sacræ facultatis Doctor theologus; Eucharisticam vero ad Pontificem M. Mollereau, Litterarum Professor in Collegio Marchiano. /. Girault de Koudou

anno Dni 1787, die Sabbati Sextâ octobris, habita sunt in Collegio Ludovici magni, Comitia menstrua Tribunalis academici, quibus primum adfuit V. C. m. anna Ludovicus Paillard, novus Sacræ facultatis Syndicus. /.

1.° supplicavit pro Litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii M. Deschamps; qui quidem fassus est se, ante hæc Comitia, nec ad Deputatos, nec ad ipsum quidem amplissimum Rectorem adiisse. audito m.° Camillo Camyer, Syndico, dictisque sententiis, placuit Præsentem Supplicationem ad alia Comitia differri. /.

8bri

2° Lecta sunt et recognita quæ superioribus in Comitiis acta fuerant et statuta. /

3° quod dixit m. Delneuf, quæstor integerrimus, ædes Universitatis scribæ hoc in Collegio destinatas visum esse m.° Darragon, dum viveret, ratione ad suos usus accommodatiori distribuere, atque hunc in finem quamdam impendere pecuniam; cujus quidem diuturnam sortitus non est usuram, placuit facultatem fieri eidem quæstori generali sumptus impensos restituendi ac viduæ m.i Darragon persolvendi. /

4° accessit ad Tribunal Academicum V. C. m. Berardier, Palestræ Ludovicæ Primarius, ac cum locum cepisset ad latus lævum meritissimi Syndici, dixit quod proceres Academici norunt, V. C. m.um Jacquin adversâ frui valetudine: vix idcirco posse officium probandi alumnos Ludovicæos eâ quâ opus est, sedulitate et curâ implere: rogare se Tribunal Academicum ut velit ejus vices, donec rectius valeat, alii mandare Professori; seque designare V. C. m. Aherne, ex constantissimâ Germannorum natione, Professorem emeritum Philosophiæ in Regiâ Navarrâ. Audito eâ de re meritissimo Syndico, rogatis dictisque sententiis, placuit potestatem fieri eidem V. C. m.° Aherne vices gerendi prædicti m.i Jacquin adversâ valetudine laborantis, ad examinandos et probandos Collegii Ludovici magni alumnos.

Atque ita quatuor iis de articulis conclusit Ampl. Rector. /

Damonchel

Anno Dni 1787, die decimâ mensis octobris, habita sunt in ædibus academicis Collegii Ludovici magni, horâ decimâ matutinâ, Comitia Rectori a Præclaræ artium facultatis. adfuit primum V. C. m. Jacobus Sejan, novus honorandi Gallorum ordinis Procurator.

1° Post habitam ab ampl.° Rectore orationem elegantissimam, factâ supplicandi potestate, supplices se stitere cum Professorum suorum consensu scripto, immunitatem ab onere scribendi codices Philosophicos rogaturi, antonius augustus Riviere, clericus Parisinus, m.i hauchecorne, in

Mazarinæo, auditor, ob respirandi difficultatem quam testatur m. Guilbert, doctor Parisiensis: Jacobus Wheeler, Londinensis et Joannes Fletcher, Cestrensis, m.i Marty, in Plessæo, auditores propter debilitatem pectoris, quam scripto testatur Saluberrimæ facultatis Pariensis Decanus m. Bourru: Carolus Augustus Josephus De Blégier, Clericus Vasionensis, m.i Hauchecorne in Mazarinæo auditor, ob pectoris debilitatem quam testatur m. Des Essarts, doctor Parisiensis: Adrianus Floridus Josephus Potier, Atrebas, auditor m.i Redon, in Marchiano, pectoris infirmitate laborans, quam testatur medicus Parisiensis m. Pluvinet: Jacobus Susanna Gaillard, Presbyter Constantiensis, auditor m.i Capin, in Cardinalitio, propter gravem pectoris morbum quem testatur m. De Jean, doctor regens Parisiensis: Franciscus Joannes Trippier, Clericus Ambianensis, auditor ejusdem m.i Capin, in Cardinalitio, ob pectoris debilitatem quam testatur m. Le Clerc, Parisiensis medicus: Joannes Baptista Roques, auditor m.i Le Loup, in Lexovæo, propter oculorum debilitatem quam testatur idem m. Le Clerc, medicus Parisiensis: Ludovicus Franciscus Augustus Drouart, auditor m. Duport, in Collegio Ludovici magni, propter visûs debilitatem, quam testatur m. Descemet, doctor regens Parisiensis: Alexander Brongniart, auditor m. Clement, in Collegio montis Acuti, pectoris debilitate laborans, quam testatur idem doctor medicus m. Descemet: Joannes Franciscus Marie, auditor m. Roux, in Grassinæo, propter oculi utrique morbum, quem testatur m. Philip, antiquus Saluberrimæ facultatis Decanus.

De quibus quidem undecim supplicibus retulit m. Camillus Camyer; qui præterea postulavit ut si in posterum Collegii ullius alumni minus modeste ac verecundè in solemni Præmiorum Academicorum distributione se gerant, ii anno sequente ad Concertationes academicas non admittantur.

2.° Surrexit M. Royou, petiitque ut ab ampl.° Rectore convocentur nationes, deliberaturæ an Professores Emeriti qui Lauream doctoralem in facultate aliquâ superiori consequerentur, jus servarent debitâ Emeritis pensione fruendi.

His auditis, amplissimus Rector nationes dimisit ut de supplicibus, de postulatis meritissimi Syndici et petitione m. Royou deliberent, quatuor viros matutinis horis electos confirmarent, nominarentque deputatos circa rationem studiorum academicorum. Præterea petiit amplissimus Rector ut vellent nationes rata habere et grata quæ gessit in suo Trimestri magistratu.

nationes Digressa ac deinde in Comitia unanimi consensu ad
procuratores retulerunt 1°. Se unanimi consensu data et grata
habere ea quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri magistratu
2°. confirmari a se quatuor viros horis mutationis electos, nempe
in honoranda Gallorum natione m.um Gosse; in fidelissima
natione m.um Riche; in venerando ordine m.um Desres; in ordine constan-
tissimo m.um Guillaume. 3°. indulgere se supplicibus; venerandus
ordo petit inquiri vias quibus supplicum numerus possit imminui
imminui. 4°. quod spectat ad solemnem Studiosam Academicam in
solemni Præmiorum distributione, id a Tribunal Scholarchali unum
facultatis ipse committendum. 5°. circa Scholarium studiosorum academicorum
deputari a se M.M. Mallet, Lange, Thomond, Binet, Guevoultmajorem,
Clement, Ferris et Baron atque ita cum omnibus ordinibus consulsit
amplissimus Rector. 6°. de petitione m.i Roy ou Silvere nationes
Picardiæ et Normanniæ annuentibus eidem petitioni duabus aliis
nationibus; atque cum silentibus ordinibus silendum esse con-
sulsit amplissimus Rector. /. Dumouchel

Quatuor viri, dicto prius inter manus Rectoris sacramento, sontibus
subscripserunt; unde repente digressi, per m. Desres nominarunt
prorogatos ipse unanimi consensu fasces Rectorios amplissimo
viro m.o Joanni Baptistæ Dumouchel. /.
quæ prorogatio statim ab omnibus ordinibus laudata, approbata
et confirmata fuit. /.
atque ita consulsit amplissimus Rector. /.
Dumouchel

anno Dni 1787, die vigesimâ octobris, horâ undecimâ, Rector
amplissimus, Decani, Procuratores, officiarii majores, in minoribus
insulis, cum quatuor apparitoribus et cursore, salutatum
iverunt virum eximio præfectum, D. D. Lambert, novam
ipsi dignitatem gratulaturi; a quo quidem non honorifice lectum
sed amantissime etiam excepti fuimus. /.
Gibault De Boudon

anno Dni 1787, die Sabbati vigesimâ septimâ octobris habita sunt
in collegio Ludovici magni comitia generalia Scholarchalium
facultatis ad eligendos censores.
1°. post habitam ab amplissimo Rectore de censorum dotibus
et officiis orationem gravitatis plenam, facta suppliandi
potestate, primum stetit se coram Scholarcha facultate Ludo-
vicus Augustinus Josephus Desrousseaux, Remensis, rogaturus
ut biennium philosophicum in Universitate Remensi confectum
sibi in unum annum studii Parisiis peracti ad consequendum
magisterii gradum imputetur. Deinde supplices exposcere

propter immunitatem ab onere scribendi Codices Philosophicos Petrus firminus Peuvrel, diaconus ambianensis, auditor m. Aherne oculorum imbecillitate Laborans quam testatur medicus Parisiensis m. Danié despatureaux: Petrus Carolus Delaboulaye, Clericus Aduensis, auditor m. Clement, ob Phlogosim, quam testatur m. Philip, antiquus medicinae Decanus: Josephus ignatius De Monteynard, Clericus uceteusis, auditor m. Royou, Pectoris oculorumque morbo Laborans quem testatur m. Cosnier: dominicus Stephanus de montpezat, Clericus aginnensis, auditor m. Royou, naturali visûs imbecillitate affectus, quam testatur Doctor Parisiensis m. Descemet: franciscus Bidault, Clericus Catalaunensis, auditor m. Royou, pectoris debilitate Laborans, quam testatur idem m. Descemet: Ludovicus Carolus fredericus franciscus Decroÿ, Clericus Parisinus, auditor m. Leloup, Pectore dudum Laborans, ut scripto testatur medicus Parisiensis m. fumée./.

Audito De supplicibus m. Camillo Camyer, Syndico, nationes dimisit amplissimus Rector, ut de iis Deliberarent ac Censores eligerent quae deinde in Comitium regressae, per suos Procuratores retulerunt se supplicibus indulgere; veneranda tamen natio non indulsit: deinde creatos fuisse Censores, in honorandâ Gallorum Natione m. Aufray, Baccalaureum theologum; in fidelissimo ordine m. Guy, olim in Collegio flexiensi Professorem; in ordine venerando m. Le tourneur, Doctorem aggregatum; denique in Constantissimo ordine m. Brion, Philosophiae Professorem in Mazarinaeo.

2° nationes honoranda et Constantissima rogaverunt amplissimum Rectorem ut Jubere velit libellum memorialem De ratione studiorum cum ipsis Communicari./.

atque ita Conclusit amplissimus Rector./.

Dumouchel

anno Dni 1787, die Sabbati tertiâ mensis novembris, habita sunt in aedibus academicis Collegii Ludovici magni, menstrua Tribunalis academici Comitia. ad fuit primum V. C. m. Jacobus Sejan, novus honorandae Gallorum nationis Procurator. quibus quidem in Comitiis

1° Supplicarunt pro Litteris nomi nationis Jure magisterii artium et quinquennii m. m. Petrus Bartholomaeus Baude, diaconus audomarensis: Joannes baptista frasey, diaconus antissiodorensis: Jacobus Carolus halbout, subd. Bajocensis: henricus Carolus Rousselin, Clericus Bellovacensis. De quibus quidem retulit m. Camillus Camyer, Syndicus universitatis, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia quibus Constat Legitimum studii tempus fuisse à singulis ritè Confectum, Caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus

9.bri

nihil desiderari, nisi quod m.o Rousselin desint magisterii artium litteræ. Audito de iis quatuor supplicibus syndico, dictisque sententiis, placuit sua prædictis supplicibus postulata concedi, hâc tamen erga m.um Rousselin observatâ conditione, ut illi nominationis litteræ prius non tradantur quam magisterii artium litteras exhibuerit. /.

2.o Lecta sunt et recognita quæ superioribus in comitiis acta fuerant et statuta. /.

3.o Erga salutationem, vehementemque de reditu gratulationem tum illustrissimo senatûs principi, tum universo senatui offerendas, unanimi omnium consensu dictum est eum esse ritum observandum quem anno 1774, diebus 28. 9.bris et 2. x.bris majores nostri secuti fuerunt. /.

4.o Propositum est ob ampl.o Rectore argumentum præmii eloquentiæ latinæ ex fundatione honestissimi viri Joannis baptistæ
" Coignard, magistris in artibus instituti, " an utilem præstent
" operam qui quoslibet antiquos scriptores in vernaculum sermo-
" nem vertendos suscipiunt? /.

5.o ad expenda duo opera quæ v. c. Salomon elucubravit, electi sunt et nominati v. c. m. m. Sejan et Aubry, prior honorandi ordinis, alter venerandæ nationis procurator, qui de utrâque elucubratione ad comitia proximè futura referant. /.

6.o dictum est invisendos esse v. c. Calmet et Lemoine, iisque universitatis nomine ac jussu declarandum, nisi ante finem mensis hujus decurrentis curaverint dari fœnori ritéque constitui eam pecuniæ summam, quæ Bursis in academiâ instituendis testamento legata est ab honesto viro Carolo Bougaut, actum iri juridicè ut res et jura bursariorum in tuto collocentur. /.

N.a articulus septimus conclusionum his in comitiis latarum transferendus fuit ad paginam 144 hujus codicis, propter paralipomena, ut ipse ait, quæ m. Darragon sex paginis præsentem secuturis inscribenda ante diem præsentem his in commentariis censuerat. / Giraud de Koudou

Paraleipomena

31. Maii
Facult. pr. avium
facultatis
de Ve Barbarâ
Vide p. 29.

Anno dñi 1745, die vero 31ª Maii, hora pospi-decima Matutinâ, habitaq. fuit in ædibus Academicis Collegii Ludovici Magni Comitia deputatorum præclaræ Artium facultatis de rebus scholaribus. /.

1º. Verba fecit amplissimus Rector de conclusione die decimâ Augusti 1744, facâ à Nationibus præclaræ Artium facultatis de domo scholarâ fundo Barbara fodalitio à præclarâ Artium facultate pro summâ decem millium libellar. concedendâ; Nationes minores scilicet vem pueri majores, tum ne vigiles, qui fervabantur, illis obtempervarent, tum ne pauperes et nominis ejusdem fodalitii vacuum habervent, mercedis vero vebus et consilii, mercandam sibi videri eam conclusionem, aut eciam omnino vefindendam; Vocatis ad se præclaræ Artium facultatis eâ de re deputatis vogavisse ne formulam aliquam ædornavent Nationum judicio fubjiciendam, quâ prædicta conclusio aut emendaretur aut eciam revocaretur, et deputati vem pro suo in præclaram Artium facultatem fludio, diligenter confecisse; item Nicolaj à meritissimo fyndico, ejus formulæ quasi appendices, redactas fuisse de primariis ædibus Universitatis; quibus Nicolis expendentur incommoda earum ædium in scholarâ domo extruendarum, ne obviam iretur earum fystematis qui consilium illud, olim explosum, in lucem iterum prosperæ tentarent.

2º. Dixit idem amplissimus Rector diversarum mapas sibi fuisse à Ludovicaj administris deliberationem die 7ª januarii an. 1745 tacam de emendâ ab ipsis eadem scholarâ domo; cui deliberationi annexus erat de ejus emptionis commodis libellus memorialis ab iisdem Ludovicaj administris fubsignatus, petens eosdem administros ut in eâ domûs scholaræ emptione-venditione sua vacio potior habervetur; imò et Nos ab eo negocio conficiendo fuspinervemus donec sibi emendi licenda perlibervet pacatus fiervet.

Ibaque duo proposuit amplissimus Rector ad deliberandum 1º. ne legervemus tum formula consensûs Nationibus proponenda, et ejus formulæ velut Corollarium Nicolæ de primariis ædibus Universitatis, sententiam quæ de iis aperirent Deputati præclaræ Artium facultatis; legervetur eciam Conclusio seu deliberatio Ludovicaj concilii cum libello memoriali ipsi præfixo. 2º. ne sibi Rectori fupplervent deputati præclaræ Artium facultatis quid Ludovicaj administri vespondendum fovet.

Adsequiam deliberavervent dictum fuit mittendos esse deputatos qui fuscitervent à Regis de scholarâ domo Deputatis quo tandem esset loco vel de emptione domûs scholaræ cum fodalitio S. Barbara communicaro; nominatus quæ et qui amplissim. Rectorem comitarentur M. Camillus Cameus fyndicus. /.

In hoc ipso verum articulo vogavit fidelissimus scriba M. Fournean, ne, quoniam data ad Collegium Ludovicanum et ejus administros quorum pars ab aliquas pertinenca agebatur, licervet sibi à publico scriba officio abstinerva, quod ipsi concessum est; Designatus quæ fuit communi voto M. Joannes Baptista Davayon qui scriba partes pro hac vice fupplervet, et à comitiis egressus è M. Fournean. /.

Deinde lecti tum formula consensûs, tum Nicolis supra dictis, tum eciam deliberatione de emendis ædibus scholaribus lacâ ab administris Ludovicaj, audito Mo. Camillo Cameo fyndico, vogatis dictis quæ sententiis, placuit 1º. maximas agi gratias et Deputatis præclaræ Artium facultatis et meritissimo fyndico.

2º. proponi quam primum Nationibus co formulam consensûs et Nicolas co deliberationem Ludovicaj concilii cum libello memoriali ipsi præfixo

3º. quod cujus alterum deliberationis, super quæ de placito donec Nationes deliberavervent. et sic ab amplissimo Rectore concessum fuit. J. Debrun Rector

Dpsr.

13 Maii
Com. p. a. fac.

Anno Dñi 1765 die Maii decimâ tertiâ, hora sexti-decimâ matutinâ, habita fuit in ædibus academicis collegii Ludovici magni comitia Deputatorum prælatæ artium facultatis vice convocata, de rebus scholasticis.

1°. exposuit amplissimus Rector fidelissimum suibam in hodiernis ac superioribus comitiis ea eâdem de causâ abstinere velle à scholis suibæ muniq. itaque designavit et unanimi consensu qui suibæ absenti vicas ageret M. Davagon universitatis procurator. /.

Reg. Barbarano cum admin. Ludovicis V. p. 25 f. vo Delib. des dep. de

2°. vocavit amplissimus Rector Deputatos prælatæ artium facultatis ex ove ipso D. pajot de Marchéval regii de domo scholastica à administri incapille fodalicium f. Barbara omnino deficisse emptione domus scholasticæ, duo ideoque se postulare 1m. ut, quoniam Nationes suas nunc convocatas ab omnibus procuratoribus die 4a. hujus mensis de formulâ consensûs et Nobili ordi annexis deliberaturas, reserva velint sua cuique Nationi sententiam. 2m. ut velint ipsi prælegibare quid ea quâ formâ administri ludovicais responderet.

Ad 1m. procuratorum unusquisque, solito ordine, legit sua Nationi conclusionem latam die hujus mensis 7a. quâ liquet honorandam Nationem suam quidem scisse formulam consensûs, sed de Nobili ad ædes primarias Universitatis pertinentibus consuluisse in proximâ fidendum esse; hæc caeras Nationes et suam scisse formulam consensûs et consulisse annectendas conclusioni, quasi appendices, Nobilem de primariis ædibus Universitatis. Harum tenor, infrà.

Ad 2m. mittendam esse ludovicæo Concilio ab apparitore conclusionem Nationum latam die 7a. hujus mensis subsignatam ab amplissimo Rectore et ornatissimis procuratoribus.

Placuit insuper eandem conclusionem à solo vicetabellione subsignatam et Nobilem de primariis ædibus Universitatis asservari tum regiorum sigillorum custodi, tum vel ovaria præbere, tum procuratori Catholico, tum etiam D°. pajot de Marchéval regio de re scholasticâ Deputato. /.

Et sic super his omnibus ab amplissimo Rectore conclusum fuit. /.

Délibération des Nations du 7 Mai 1765

Les Nations de France, de Picardie, de Normandie et d'Allemagne qui composent la faculté des arts en l'Université de Paris, en delibérant sur la demande du Bureau d'administration du college de Louis le Grand contenue en sa delibération du 7 janvier de la présente année 1765, dont l'objet est d'avoir la préférence sur la communauté de St. Barbe dans la vente projettée des terrains et bâtimens du college des Cholets qui sont, en vertu de l'arrêt du Conseil du 6 May 1763, partie du patrimoine de ladite faculté, ce qu'il soit sursis à toute conclusion de marché à ce sujet, jusqu'à ce qu'il ait été pourvû auprès de sa Majesté à l'effet

D. gross.

d'obtenir des lettres patentes qui l'autorisent à acquerir lesdits terreins et bâtimens, ont arrêté de représenter à M. le Garde des sceaux, à M. le contrôleur général des finances et à MM. les commissaires du Roi nommés par arrêt du Conseil du 29 aoust 1789 pour proceder conjointement avec les commissaires de ladite faculté à l'estimation desdits terreins et batimens,

Que lorsque ladite faculté par sa deliberation du 10 aoust 1789 s'est bornée pour prix de la vente projettée desdits terreins et bâtimens en faveur de la communauté de Ste. Barbe à une somme de 10000 de rente assise sur autre fonds que le 26e. effectif du prix general des Bail des postes et Messageries de france qui forme la pension alimentaire de ses principaux et professeurs, son objet unique a été de donner une preuve et de sa prompte obéissance aux volontés du Roi qui lui sembloient manifestées par la lettre de M. le contrôleur général du 30 juillet précédent, et de son empressement à concourir à la consolidation d'une communauté qui sans existence légale, a jusqu'ici par sa bonne discipline et son amour pour l'etude parfaitement répondu aux soins des professeurs academiques et fait honneur à l'enseignement de l'université;

Que dans cette vüe, et connoissant d'ailleurs l'etat d'indigence de cette communauté qui lui est chere, ladite faculté n'avoit pas hesité, pour venir à son secours, de faire en sa faveur le sacrifice soit d'une partie de l'indemnité pour laquelle le dit college des Cholets lui fut donné par le Roi en 1773, soit aussi des améliorations considérables par elle faites audit college, lorsqu'elles rendent aujourd'hui sa valeur réelle bien superieure à celle de 10000tt. de revenu;

Mais que le college de louis le grand étant au contraire une Maison très opulente et jouissant déjà d'une somme de 30000tt. de rente prises sur le dit 26e. effectif dont il n'a aucun besoin réel, la dite faculté ne croit pas qu'une soumission par elle faite en consideration des besoins d'une commté. pauvre et dont l'etat est précaire, doive aucunement servir de regle pour traiter avec une communauté de boursiers legalement et richement etablie;

Qu'en effet en 1773 le Roi venoit d'attribuer au College Royal 15000tt. de rente à prendre sur la partie dudit 26e. effectif destinés par lettres pat. à la construction d'un chef-lieu de l'université, et la dite faculté des arts venoit de reclamer contre cette distraction contraire à ses titres de proprieté; quand sa Majesté guidée par sa justice et sa sagesse fit don par arrêt de son conseil du 16 Mars meme année des terreins et bâtimens du college des cholets à cette faculté; qu'ainsi ces terreins et bâtimens du college des cholets étant pour cette faculté représentatifs d'un revenu de 15000tt. cette faculté peut aujourd'hui sans injustice demander au Bureau d'administration du college de louis le grand une pareille rente de 15000tt. pour prix de la vente dans laquelle il demande la préférence.

Que la dite faculté pourroit même sans blesser l'equité porter plus haut le prix de cette vente; car le college des cholets avant de passer dans les mains de la dite faculté avoit été vendu au Roi par le dit Bureau d'administration. Or l'on voit par le contrât de vente passé

Dpser.

le 30 juillet 1770 entre les Commissaires du Roi et ceux dudit Bureau, que le prix de cette vente faite au Roi a été de 55 muids du plus beau bled froment mesure de paris, qui à 20tt. le septier font 13200tt. et ce prix, quoiqu'alors ce college ne fut loué que 9525tt. ne paroitra point exorbitant aux yeux de ceux qui considereront que des biens fonds valent toujours mieux que des rentes susceptibles de reduction par laps de temps; qu'un corps surtout n'aliena jamais un immeuble qui avec le temps peut être amélioré, pour le simple capital de ce qu'il rapporte au moment de la vente; et que, si ledit college étoit vendu en détail à differens particuliers auxquels il conviendroit, on en retireroit certainement plus de 300000 de capital, de sorte que quand on lit dans ledit contrât de vente que ces 55 muids de bled sont accordés par sa Majesté à titre de supplement et augmentation de dotation des Boursiers du college des cholets, ces expressions ont évidemment pour but d'assurer l'avantage de la vente cedée à ces Boursiers en lui donnant le double titre et de prix d'une vente et de dotation, et c'est en effet ainsi qu'un Roi egalement juste et grand doit parler et agir.

De plus ledit college, comme on vient de le dire n'etoit loué en 1770 que 9522tt. et depuis cette époque jusqu'a la présente année 1785 sa location a été portée à 12700tt. par l'effet des reparations dispendieuses qu'y a faites insensiblement ladite faculté des arts. Voilà par conséquent une amélioration de 3175tt. de rente qui doit naturellement entrer dans le prix de la vente demandée par ledit Bureau en sus des 13200tt. auxquelles il a porté lui même le prix de sa vente au Roi en 1770.

Enfin lorsqu'en 1783 il fut question de renouveller le Bail des bâtimens intérieurs dudit college des cholets, le Sr. Barat entrepreneur de bâtimens, se présenta à l'enchère et offrit à ladite faculté outre le prix desiré de mettre en valeur à ses frais les bâtimens de la Bibliotheq. et de la chapelle, moyennant seulement qu'on lui promettroit un 2d. Bail de 9 ans. La dépense qu'il projettoit de faire montoit à plus de 15000tt. comme il s'offroit d'en justifier par les mémoires et devis qu'il remettroit à tel architecte qu'on lui assigneroit. Voila par conséquent une 2de. amelioration de 750tt. de rente au moins dont ledit college est entierement susceptible, et quoiqu'elle ne soit pas encore effectuée, elle doit neammoins entrer dans le prix de la vente dont il est question, puisque c'est une amelioration qui ne coûteroit rien à un acquereur actuel.

Il resulte de ces calculs que ladite faculté pourroit, sans s'ecarter des regles de la justice vendre ledit college des cholets au Bureau d'administration du college de Louis le grand sur le pied de 17000tt. de rente au moins.

Mais l'esprit de desinteressement fut toujours le partage de l'Université. Les motifs de la demande dudit Bureau contenus dans sa deliberation du 7 janvier derniers sont si frappans, ils tiennent si fort au bien de l'education dans le college de Louis le grand que ladite faculté croit devoir donner audit Bureau toutes les facilités raisonnables pour l'acquisition qu'il desire.

En consequence ladite faculté des arts instruite depuis peu que

Dpser.

l'intention du Gouvernement n'est plus d'etablir ladite communauté de Ste Barbe sur les terreins dudit college des Cholets, regarde comme non avenue et revoque en tant que de besoin par sa présente deliberation, celle du 10 Aoust 1784 dans laquelle par déférence pour les intentions présumées de sa Majesté et en consideration de l'etat exposé cy dessus de la dite communauté, elle n'a porté qu'a 10000tt de rente le prix de la vente dudit college, protestant en tant que de besoin contre toute induction que l'on voudroit tirer de ladite deliberation du 10 Aoust 1784 dictée à la verité par le Zéle de ladite faculté, mais d'ailleurs peu reguliere, en ce qu'elle a été prise sans avoir préalablement rempli les formes d'une estimation juridique, à laquelle l'arrêt subsequent du Conseil du 29 aoust l'a sagement rappellée. La dite faculté des arts declare en outre par sa présente deliberation, qu'au lieu de 17000tt ou au moins 15000tt qu'elle seroit en droit, comme il est prouvé cy dessus, d'exiger dudit Bureau d'administration du college de Louis le Grand pour prix de la vente par lui demandée des terreins et batimens dudit collége, elle se contentera du marché fait et conclu en 1770 par ledit Bureau avec les commissaires du Roi, consentant à ceder audit Bureau lesdits terreins et batimens du college des Cholets moyennant que ledit Bureau lui cede sa rente perpetuelle et non rachetable de 55 muids de Bled froment, aux termes clauses et conditions dudit contrât de rente passé entre les Commissaires du Roi et ceux dudit Bureau le 30 juillet 1770. /. et ont signé les quatre procureurs de la faculté des arts. /.

Reflexions sur le Chef Lieu de l'Université servant de supplement à la délibération ci jointe de la faculté des arts au sujet de la vente demandée du Coll. des Cholets.

La faculté des arts en consentant aux clauses et conditions portées dans sa deliberation ci jointe, de ceder les terreins et bâtimens du college des Cholets au Bureau d'administration du college de Louis le Grand, n'a visiblement aucun intérêt propre à se défaire d'un immeuble de cette nature, toujours plus solide que de simples rentes, devenu depuis l'edit de 1749 très précieux à des main-mortables, et qui lui est d'autant plus cher qu'elle le tient de la main du Roi. Elle fait donc en cela plus d'un sacrifice, et il n'y a que l'amour du bien public, et un desir sincere de voir le bon ordre et la discipline regner dans un collége aussi nombreux et aussi important que celui de Louis le grand, qui puisse la determiner à accueillir favorablement la demande de l'Administration de ce collége. il seroit à souhaiter que reciproquement et pour mieux remplir cet objet d'utilité publique, cette administration se prêtât de tout son pouvoir à l'établissement projetté depuis 15 ans du chef-lieu de l'université, sur la nouvelle place de Ste Genevieve.

On voit par l'arrêt du Conseil du 28 juin 1770 que l'intention du Roi etoit en effet alors de procurer à l'Université un chef lieu et que ce fut dans la persuasion que les terreins du college des Cholets etoient convenables à cet etablissement que sa majesté se determina à acheter ces terreins du college des Cholets, au Bureau d'administration du college de Louis le Grand.

Dpser.

Mais les plans ayant été dressés, on reconnut que ces terreins etoient trop resserrés pour un monument de cette nature où il ne suffisoit pas d'entasser à grands frais bâtimens sur bâtimens, mais il falloit de plus de la clarté, une libre circulation pour l'air, et pour les voitures des debouchés et un accès facile pour les ceremonies publiques &c. tout cela auroit manqué dans un terrein aussi limité et si mal situé. On auroit consommé de grosses sommes, dont l'ingratitude du sol auroit fait regretter l'emploi, et l'on jetta des lors les yeux sur le bel emplacement vacant vis à vis les ecoles de Droit.

La faculté des arts tenoit exactement en réserve les fonds assignés par lettres pat. pour cet objet, mais la caisse de construction lui fut enlevée d'autorité, dans le temps que les principaux membres du Bureau d'Administration, par une suite d'affaires publiques, etoient dispersés et le projet est resté jusqu'a ce jour sans éxécution.

Il seroit donc non seulement glorieux, mais encore très avantageux au Bureau d'Administration de travailler de concert avec l'université à renoüer ce projet. Ce Bureau jouit pour un temps limité d'une rente de 30000tt. distraite du 26e. effectif appartenante à la faculté des arts et egale à celle qui en 1766 fut attribuée par lett. pat. à la construction d'un chef lieu, et comme il est notoire que cette rente annuelle n'est plus d'aucune necessité au college de Louis le Grand, le Bureau feroit une action digne de sa sagesse et de son zele pour le bien public en l'abandonnant par anticipation, pour etre employée à la construction du chef lieu et il seroit amplement dedommagé de ce sacrifice.

Car ce chef lieu une fois acheré, et ce seroit une affaire d'environ trois ans, l'université pour s'y retirer abandonneroit la partie considerable de bâtimens qu'elle occupe dans l'enceinte du college de Louis le grand. C'est alors que le bureau d'Administration de ce college, pourroit executer en grand avec autant de facilité que de succès son plan primitif et devenu aujourd'hui absolument necessaire de separer les differens ordres de Boursiers. les Maitres les surveilleroient plus aisement, la discipline la plus exacte seroit en vigueur parmi eux, l'Emulation s'animeroit et l'on verroit avec joye cette nombreuse pepiniere fournir à l'eglise et à l'etat des sujets distingués dans toutes les facultés. /. signé des procureurs de picardie, de Normandie et d'Allemagne. /.

Davagon pro scribâ. /.

7° dixit amplissimus Rector venisse ad se ante exeuntem mensem octobrem, honestum adolescentem Edmundum Renatum Tuloup, è Parochiâ de Chassy, in diœcesi Senonensi, oriundum, qui ad Bursam Purchotianam, cujus provisio, collatio et omnimoda dispositio ad Tribunal Academicum spectat et pertinet, nunc vacantem per discessum m.i Tollé, ultimi ejusdem Bursæ Possessoris, aspiraret; aliis deficientibus qui nati sint in Parochiâ de Poilly: quærere se quid meritissimus Syndicus, quid sapientissimi Decani et Procuratores ornatissimi eâ de Postulatione censerent. tum meritissimus Syndicus dixit nondum sibi traditam esse legitimam et authenticam hujus Bursæ abdicationem; attamen habere se præ manibus testimonium viri spectatissimi et omnimodâ fide digni, consultissimæ Jurium facultatis antecessoris et Primicerii m. Martin, quo satis liquere ac constare sibi videtur de Bursæ vacatione: habere se quoque alterum instrumentum sibi ab eodem m. Martin traditum, quo Pastor Ecclesiæ de Poilly rogaret ut Bursa m.i Trollé per annum integrum vacans et libera relinqueretur; quo quidem instrumento constare sibi videri neminem ex eâ Parochiâ reperiri ad Bursam eandem idoneum: denique cum defectu eorum qui nati sint in Parochiâ de Poilly, proxime et primo loco eos appellet fundator qui sint è Parochiâ de Chassy, non morari se quominus eidem honesto adolescenti Bursa conferatur. rogatis deinde sententiis, dictum est non satis constare prædictæ Bursæ vacationem. /.

atque ita de iis septem articulis conclusit ampl.us Rector. /. Dumouchel

anno Dni 1787, die veneris nonâ mensis novembris, horâ sesquidecimâ, Rector amplissimus, cum Decanis, Procuratoribus, adjunctis, majoribus officiariis, et quatuordecim apparitoribus, in majoribus infulis, præequitante Cursore, ivit ad illustrissimum archiepiscopum Tolosanensem, ipsi præcipuam totius Regni administrationem plurimos ante menses ab augustissimo Rege concreditam gratulaturus. orationem Galliée habuit amplissimus Rector et Universitate dignam et Regni administro, ut ille testatus est, jucundissimam responsum quoque accepit Universitati gratissimum. / Girault de Koudou

9bri

anno Dni 1787, Die Lunæ Decimâ nonâ novembris, in aulâ Tribunalis academici convenere amplissimus Rector, quatuor nationum Procuratores, cum adjunctis, nimirum ex honorando ordine m.m.is Dupont et Depuis; ex fidelissimo ordine m.m.is Binet, Lange, Poullain et Germain; ex venerando ordine m.m.is Gueroult utroque, Clement et Villaux; ex ordine constantissimo m.m.is Ferris et Brion.

Dictum Libellum memorialem quem de ratione Studiorum Academicorum conscripsit D. L. m. Guerin, Universitatis, dum viveret, Syndicus, ipse offerendum; ligue adjungendam esse partem apologeticam Libelli recens à Deputatis confecti, Jamque cum nationibus communicati, postquam tamen illa in parte mutationes eas peregerit Syndicus quas ipse proposuit.

Atque ita concluserat amplissimus Rector./.

Dumouchel

anno Dni 1787, die vigesimâ novembris, Rector amplissimus, cum Decanis, Procuratoribus, officiariis majoribus Universitatis, quatuor apparitoribus, præeunte Cursore, in minoribus insulis, contulit se ad illustrissimum Supremi Senatûs Protopræsidem, Salutationem die hujus mensis vicesimâ tertiâ Decretam oblaturus. Deputatos honorifice, ut solet, excepit illustrissimus Protopræses, renuncia sibique visum esse Supremo Senatui pro rerum præsentium ordine quaslibet offerendas Salutationes ad tempus aliud transferre./.

Giraudeau de Koudou

Finis hujus Commentariorum Codicis,
mense novembri,
1787.

Giraudeau de Koudou
Univ. Scriba./.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

ARCHIVES
54

Conclusions de
l'université

47 e

1784 – 1787